

ENCUADERNACIONES
R. Llorens
CABALLEROS, 7
Teléf. 22-36-00
VALENCIA

libro regalo

Giusep [illegible]

OCTAVIANI VVLPELLI A SANCTO ANGELO METAVRENSE

De Præpositionum, Aduerbiorum, & Coniunctionum Significatione

LIBELLVS

AD SERENISSIMVM FRANCISCVM MARIAM SECVNDVM, VRBINI DVCEM SEXTVM, &c.

VRBINI Apud Bartholomæum, & Simonem Ragusios fratres.
M. D. LXXXXV.
EX SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA PUBLICA VALENCIA
DEL ESTADO

FRANCISCO MARIAE
FERETRIO A RVVERE II.
VRBINI DVCI VI. ETC.

OCTAVIANVS VVLPELLVS A SANCTO
ANGELO METAVRENSE S. P. D.

PVD Veteres hæc vigebat consuetudo, Princeps Serenissime, vt beneficiarij, & clientes singulis annis Patronos suos aliquibus xenijs donarent: ego, qui post DEVM neminem habeo, cui magis vitam, & ingenium debeam, quàm Tibi, & Feretriæ domui, sub qua ipse, & maiores mei, iam centum, & quinquaginta annis elapsis, geniti, & educati sumus: à quibus supremos magistratus, & honoris gradus consecutus sum; cùm nil aliud habeam, quàm hanc haud integri anni fœturam, tuis foribus suspendo, fidelissimæ seruitutis, ac summæ obseruantiæ meę in Celsitudinem tuam signum, & testimonium: quod aliàs, & præsertim anno præterito, me fecisse recolo, & facturum polliceor, si leuia eiusmodi munuscula non aspernaberis, exemplò Dei Opt. Max. qui Viduæ obolum in Gazophylacio oblatum pluris, quàm aurea diuitum munera fecisse dicitur.

Tua, & Auorum tuorum pręconia Vrbi, & Orbi nota, non repetam: quia, vt in adagio est, superfluis laborat impendijs, qui Solem facibus lustrare conatur. Vale diù felix, Dux felicissime, vt etiam felices populi tui felici hoc seculo sub Feretria Quercu frui possint. Qui, vt apud Virg. Geor. 3. precantur, vt

Antiquo Robore Quercus
Ingentes tendat ramos.

Datum ex ciuitate sancti Lei prima Decembris. 1589.

OCTAVIANI VULPELLI IURECONSULTI A SANCTO ANGELO METAURENSE LIBELLUS

De Præpositionum, Aduerbiorum, & Coniunctionum Significatione

AD LECTOREM.

N tibi, candide Lector, de Præpositionum, Aduerbiorum, & Coniunctionum Significatione Libellus: quæ breui manu inter clientulorum, & aduocationum molestias lucubraui; & in alphabeticum ordinem redegi ad minuendum laborem iudicibus, & aduocatis morè excellentissimi Alberici de Rosate, qui pleniore folio de omnium ferè verborum, & rerum significatione maximum volumen deprompsit: etiam extra Iureconsultorum nostrorum messem vagando. Ego verò earum dictionum tantùm vim deduxi, quæ ad legale pabulum pertinent: & præter dictionum etymologiam, & analogiam, etiam Iureconsultorum testimonia adieci; quorum exemplis inter legales syrtes quis tutò versari poterit. Summam rerum, quam summarium vocant, addidi: earum tantùm quæstionum, quæ ex illarum dictionum vi tractanda erant: non autem etiam eorum, quæ ex ipsarum natura, & genuina proprietate inferuntur. Obtrectatorum rabiem ipse pilifacio: quia, siquid hic boni est; ex Deo est: prout omnis idoneitas nostra, (teste diuo Paulo) si quæ verò emendatione indigeant; ego prudentissimorum virorum reprehensionem æquè, boniq; consulam, & eis gratias immortales agam.

AD AVCTOREM

HORATII LEONTINI CARMEN.

RBES quòd magnas, magnas & sępius oras
Ausoniæ legum presseris imperio,
Et tibi quòd moles magnarum credita rerum
Iam fuerit, tibi dum firmior annus erat;
Ingenium nequijt conceptos edere fœtus,
Decreta Astrę, totquè docere, tuum;
Immunis sed nunc curarum, atquè otia nactus,
Afferre haud fructus desinis in medium:
Nanquè alia hoc opus insequitur, quod multa sequentur,
Fœcundus quæ orbi condere grata potes.
Ergo, vt perpetua moliri laude labores
Hos valeas, Pylei tempora viue senis.

De Octauiano Vulpello Iureconsulto Clarissimo
Xenophontis Bindasij I. V. D, & Archipresbyteri Candilianensis
Carmen.

Rincipibus suetus iampridem assistere magnis,
Et regnis vnus reddere iura potens,
Hactenus imperij tenuit Vulpellus habenas:
Hactenus hoc ętas digna labore tulit.
Emeritus tandem cedens aulisq;, foroq;
Otia parta sibi dulcia, tuta colit.
Dum curis tamen ille senex reficitq;, fouetq;,
Confectum assiduis corpus amœna petens:
Ne torpere situ languens, magnisq; relictis,

Reptare

Reptare ingenium dicere quis valeat?
Hæc profert: hæc digna viro super æthera noto,
Digna hominum cœtu, digna Deùm placitis.
Profuit ille homini, humanis cum rebus agendis
Præfectus sanxit prẹmia, iura, fidem.
Otia nunc celebrans prodest, cum multa tenebris,
Indignum heu, priscis obruta, aperta facit.
Ast vnam tantùm illa Vrbem, Gentemue iuuabant:
Hæc Orbem totum sparsa iuuare queunt.
Hinc nos Vulpellum scribendo, & agendo beatum,
Laudibus æternis tollere ad astra decet.

In eiusdem Vulpelli Tractatus
Eiusdem Bindassij
Disticha.

De Aduerbijs.

Parua sumus, verba associantia, verbula: sed non
Parui oneris priscis vsque fuisse, vide.

De Præpositionibus.

Ante, Ad, Apud, sociæq; librum cur vultis? Vt omnes
Iure sciant, multum nos valuisse prius.

De Coniunctionibus.

Iungunt, alternant, remouent: quì fiet id autem?
Vulpellus statuit. Me lege: cuncta scies.

Ad Clarissimum Iureconsultum Octauianum Vulpellum
Palmerini Cæsarini Brancaleonis Vadensis
Carmen.

SI mea cum verbis conferri prona voluntas
Posset, Vulpelle æternum decus addite nostris

Sedi-

Sedibus; haud vlli cederem tua facta canendo;
Iam quibus elatus super omnes, arua Metaurus
Pulchra rigat, gaudentq; sacrę alto in culmine Musæ.
Sed cum deficiant vires, venerabor amanter
Te, tuaq; expectans, annis dum firmior ætas
Accedens, faciat scribendis laudibus aptum.

Ad Lectorem

Alexandri Venturuccij Vadensis
Carmen.

FLorentis quicunq; petit vaga culmina montis
Scandere, vbi Iuris laurea sacra datur:
Hunc sibi præ cunctis Auctorem deligat, vnus,
Qui tenebris multis multa referta docet.
Vnicus, vt claro diffulget Phębus Olimpo:
Sic doctos inter splendet hic arte sua.

Friderici Vulpelli de eius Patruo.

VVlpello hoc testatur opus, quòd tarda senectus
Ingenij dotes addidit: haud minuit.

INDEX.

D

E

F

L

Lega-

Oddo

Prin-

Q

R

FINIS.

DE PRÆPOSITIONVM ADVERBIORVM, ET CONIVNCTIONVM SIGNIFICATIONE.

PRÆFATIO.

TRACTATVRVS de vi, præpositionum, Aduerbiorũ, & coniunctionum; (præsertim) quatenus ad legalem attinet disciplinam; præmitto verba Bal. in. l. ex arrhali nu. 5. C. de act. emp. nempè, quòd dictiones, cũ describuntur ad aliquid terminandum, debent significare qualitates, modos, & tempora, secundum suscipientem naturam, & qualitatem ipsius determinabilis; ità vt, non semper ad proprias, & præcisas significationes recurrendum sit; sed vt plurimum aptanda sint verba rebus, allegando Papin. in. l. eas causas .ff. de cond. & demonstrat. quod, & sensit Paris. cons. 104. nu. 46. lib. p. & 43. nu. 45. in 2. dicens; quòd dictiones alterantur, & impropriantur ex coniecturata mente testatoris, & secundum subiectam materiam. Quod, & comprobat Zas. in. l. 2. §. creditum nu. 23. ff. si cer. pet. dum dicit, Quòd virtus dictionum variat iuxtà naturam dispositionis. Et quantumuis generalis, ex loquentis mente interpretationem accipiunt. teste Alci. in. l. 1. C. de sa. san. Eccle.

ADSIT DEVS.

SVMMARIVM.
Dictionis .A.

1 *VEnditio si fiat à quercu ad oliuã, an quercum comprehendat.*

2 *Testis dicens Titium possedisse à decẽ annis citrà, an de vno anno tantum intelligatur.*

3 *Intellectus .l. sed si hoc .ff. de cond. & demon.*

4 *Rescriptum, quòd à die præsentationis præcum tempus non cucurrerit, an signaturæ diem comprahendat.*

5 *Dies productionis præcum, pro commissione causæ an currat in fatali, ad introducendum.*

6 *Dies receptionis monitorij ad comparendum, an numeretur.*

7 *Dictiones iuxtà subiectam materiam, & disponentis mentem capiuntur.*

8 *Littera salutaris, quæ apud antiquos erat, & quæ tristis.*

A' Præpositio plurifariam capitur: quãdoq; enim separa-
1 ratiuè, & exclusiuè ponitur; vt cũ venditio facta fuit à quercu, ad oliuã, quercus .n. nõ cõprehendatur. teste Bal. in. l. fi. ff. de
2 senat. & cùm testis dicit Titium possedisse à decem annis citrà, vt etiam de vno tãtum anno intelligatur: ex Bar. in. l. Celsus in fine. ff. de vsu cap. Vnde pratici aduocati superaddunt dictionem Et, quæ iuncta cum dictione Citrà, tẽporis continuationem designat; vt post Ant. à But. & Imol. probat Rui. con. 5. nu. 4. lib. 4.
3 Sic, separatiuè accipitur tex. in. l. sed si hoc. ff. de condit. & demon. ibi, cùm vir vxori legat, si à liberis non nupserit: idest si donec filios habuerit, eos non deseruerit; alteri nubendo; vt declarat Alci. lib. 7. parer. c. 21.

Sic tex. in. l. à Caligato, vbi Cy. C. de nupt. glos. in. l. ratio §. fi. ff. de act. emp. cũ ijs quæ congerit Alex. . l. . i. nu. 17. ff. si quis caut. dicens, quòd littera. A. solum denotat separationem ab actu, cui iniungitur: Et apud Plautum, à morbo benè valui: & apud Sueton. à funere Plebs statim ad domum Bruti, & Cassij, cum facibus tetendit. Eadem quoq; littera, in officijs significandis plurimum pollet, vt à secretis, à consilijs, à libellis, à rationibus, de quibus Sueton. in Claudio.

Intregl: singal: 130: [illegible]

Quandoq; etiã priuatiuè accipitur, si composita reperiatur, vt amens, id est sine mente. Quandoq; inclusiuè, vt si in rescripto dicatur, prout fit Placentiæ, declaramus à die præ-
4 sentationis præcum, tempus non cucurrisse, vt etiam ea dies compræhendatur; & prout in Auditorio Vrbineñ. fieri vidi
5 cùm appellans, vltima die ad introducendum (secũdum constitutiones) porrigit præces, pro commissione causæ; vt die
6 illa tempus non currat. Quandoq; exclusiuè, vt si quis citetur ad comparendum, intra decem dies à die receptionis monitorij, vt dies præsentationis non numeretur: vt ex Guiliel. in spec. tit. de citatione. §. viso nu. 17. virtute separationis, quæ fit ab ipsa littera. A. vt dicebat Dec. . C. ex ratione in prin. de appel. & pluribus exẽplis ostendit Oldr. cons. 49. Ab. c. super nu. 13. de appel. vt præpositio, à, iuncta numero dierum, excludat diem, cui adiungitur Ab. sup. & Corset. ad eum & cum Const. dicat quod causa appellationis terminetur intra tot dies à die appel. vt non computetur illa dies, Alex. con. 114. in princ. lib. 5.

Et si quæratur ratio, quare eadem littera. A. quandoq; excludat, quandoq; includat; respondeo, quòd quando tractatur de magno præiudicio vnius, &

ius, & magno cõmodo alterius, fit interpratatio in fauorem eius, qui tractat de damno vitando: vt in exemplis superius adductis; & vt termini, & probationes nimis non restringãtur; vt colligi videtur ex ijs, quæ scripsere Io. ab Imol. & Gemin. in .c. p. col. mihi xv. super glos. in ver. octo dierum, de excep. in .6. & Franc. Curt. ad Alex. d. l. i. & ex ijs, quæ dixi in præfatione; vt dictiones secundum subiectam materiam, & disponẽtis mẽtẽ, interprætentur.

Sic & A. pro De, quandoq; capit Terentius in Adelphis, A villa mercenarium vidi.

Illud non ommitto, quòd littera A. apud antiquos, salutaris dicebatur; Quia absolutionis erat nota; vt tristis erat littera. C. quæ condemnationem significabat; & apud Grecos Th. quæ thanaton id est mortem notabat; vt post Cicer. docet Bud. in annotation. ad Pandect. in l. fi. ff. de orig. in fol. maiore mihi 61.

¶ Ab hinc, pro ante hac, Priscian. li. xxvij. Terent. in Andr. Ab hinc. triennium.

¶ Ab. & ¶ Abs. } Eandem vim habent, quàm præpositio. A. & ideò quæ dixi supra pro repetitis haberi volo: reliqua grammaticis relinquendo. Et pro ex. Teren. in Hecyra, vt abs te suam voluntatem expleat.

¶ Ab rè id est præter rem, sinè causa: Sueton. in Augusto, non ab re fuerit subtexere idest non alienum à proposito, vel sine vtilitate vt apud Aul. Gellium li. xx. Hæc autem meminisse non ab re visum est.

SVMMARIVM.

Dictionis Absq;.

1 *Statutum de dote lucranda, si vxor absq; liberis decesserit, an prosit, si cum vno tantum moriatur?*

2 *Pluralis locutio etiam in diuersa supposita diuiditur.*

¶ Absq; & ¶ Sine } Sunt dictiones negatiuæ .l. fr res. ff. de excep. rei iudic. Bal. c. ad hæc. vt li. non contest. in prin. & remotiuæ in .c. licet de elect. nu. 2.

Et requirũt omnimodam carentiam (vt vtar verbis Bal.) in. l. i. C. de cond. miser. di-
1 centis, quòd statutum de dote lucranda, si vxor absq; filijs decesserit, prodest etiam, quòd cum vno tantum decedat; Quẽ secutus est Ias. in. l. singularia
2 ff. si cer. pet. Nec mirum, quia pluralis locutio etiam in diuersa supposita diuiditur; aduerte tamen, quia Bal. meus sub impræss. Lugduni. 1546. contr. dicere videtur, mutata dictione non, in sic, idemq; sentire videtur Ias. sup. malè referens verba Bal. sed Calcographo imputãdũ, quia, vterq;

Bal. & Ias. rectè perpensi, non de proprio significatu harum dictionum, sed de ratione naturali, (vt vtar verbis Bal.) sic sentiunt.

¶ Ac, coniunctio non solū pro &, sed etiam pro quæ, accipit Virg. Aeneidos, Haud secus ac iussi faciunt. Priscia. & Iouinia. litera A.

SVMMARIVM
Dictionis Ad.

1 *Testis si dixerit, quem vsq; ad ripam, possedisse quomodo intelligatur.*
2 *Ire ad theatrum, & in theatrum, in quo diferant.*
3 *Stat. pœnam augens insultanti ad domum, quomodo intelligatur.*
4 *Insultus factus in porticu, an dicatur factus in domo, vel ad domum.*
5 *Insultus quando propè domum, fieri dicatur.*
6 *Insultus si ruri, in area fiat, an ad domum fieri dicatur.*
7 *Domus vnicuiq; tutissimum refugium.*
8 *Stat. si pœnam augeat insultanti ad domum, an insultantem domi comprahendat.*
9 *Pœnæ, interpretatione legum sunt molliendæ.*
10 *Extensio etiam in pœnalibus, ex rationis maioritate fieri solet.*
11 *Extensio etiam fit in correctorijs, cùm alias aliquid absurdū sequeretur.*
12 *Cōst. quod nō possit extrahi frumētū an extrahentem farinā cōprehēdat.*
13 *Const. ne extrahatur vinum, an acetum contineat.*

¶ AD significat propinquitatem cum aliqua distantia. l. quidam Hiberus .ff. de serui. vrb. præd. vbi Glosa: vel vt
1 dicit Alex. cons. 54. nu. x. in v. denotat vicinitatem, non intrisicitatem: exemplum dans in teste dicente, quòd quis possedit vsq; ad ripam; Et quandoq; excludit; Et vbi de mente disponentis non apparet, attenditur fauor, & odium, vt scribit Oldr. cons. 49. & Ideò dicit Rui. cons. 42. nu. 25. li. p. & 26. & 70. in 2. quòd hæc dictio, quandoq; importat modum, quandoq; conditionem, quandoq; monitionem, iuxtà naturam verborum quibus adiecta est. Tiraq. de retrac. lignag. §. i. Glos. xi. super hac dictione multa consarcinat, pleniore ocio videnda: faciens di-
2 ferentiam inter Ad. & In. vt ire ad theatrum, sit ire ad locum theatro proximū, in theatrum, theatrum intrare. Sumpta occasione ab hac præpositione Ad. Iac. de Are. Bar. Bal. Ang. Flor. Fulgo. post Glos. in l. quidam Hiberus .ff. de seruit. vrban. præd. altercantur super
3 statuto augente pœnam insultanti ad domum, vbi glos. considerat proximitatem duorum pedum; à qua non videntur dissentire Iac. & Bar. ibi, qui tamen se refert ad ea, quæ scribit in .l. Item apud Labeonem. §. conuicium .ff. de iniur. vbi com-

compræhendi noluit eum, qui etiam in pertinentijs ad domũ (vt eius verbis vtar) insultauit; Idemq́; sentire videtur in.
4 l. cætera .§. hoc senatus de leg. p. dicens, quòd factum in porticu, non dicitur factum in domo, sed ad domum: Bal. d. l. quidam, tenet opinionem glos. in casu suo tantum: non autem in quęstione prędicta, in qua remittit se ad not. a Iac. de Aret. in d. .§. hoc senatus. Ange. d. l. quidam, refert se ad ea, quæ scribunt Bar. & Iac. sup. Flor. sup. nu. 6. tandem concludit, quod insultus factus sub porticu anexo domui, dicatur factus ad domum. (Ange. Aret. tract. de malef. in ver. fecit insultũ, vers. quid autẽ si stat.) super hac quæstione refert glos. & Flor. in d. l. quidam; dicens, quòd propè domum dicitur fieri, quod fit infrà quinq́; pe-
5 des; sed glos. loquitur de duobus, & in casu illius legis, & non quęstionis nostræ. Flor. quoq́; de quinq́; pedibus nullũ verbum; sed concludit, vt sup. Ang. tandem, postquam valde fatigatus est, in distinctione fauorabili, & odiosa, si porticus, sit affixus domui, sentit cum Flor. & Bar. sup. Fulg. d. l. quidam, considerat propinquitatem virtute dictę dictionis Ad, si quid fiat propè, per vnum, vel duos pedes remittens se tamen ad Bar. d. .§. conuicium Zas. d. l. quidam nu. 17. transit simpliciter cum glos. considerando propinquitatem cum aliqua distantia, ex vi propositionum, Ad, & iuxta, Vnde cum Bar. & alijs eum sequentibus sentio: nempè, quòd insultus ad domum factus dicatur, siuè fiat propè domum, per duos, vel tres pedes, siuè in porticu anexo domui, siue in pertinentijs domus, & si ruri
6 fiat, etiam in area, & circum circa domum; quia Stat. respicit fauorẽ, qui domui debetur;
7 vt vnicuiq́; sit tutiss. refugium l. pleriq; .ff. de in ius voc.

Sed an eodem statuto augente pęnam insultanti ad domum,
8 compræhendatur insultans in domo, Bal. & Zas. sup. perfunctoriè tamen, pro affirmatiua videntur, reclamant pleriq́; dicentes, Stat. à iuris orbita deuians, de offendente ad domum, ad offendentes intus domum, extendi non debere;
9 præsertim in pœnalibus; in quibus pænæ interpretatione sunt restringendæ: vulg. reg. in pęnis de reg. iu. vulgo enim dici solet, pænæ nunquam locum esse, nisi ea expressim sit constituta .l. cum quidam vbi Ias. ff. de lib. & posth. cũ simil.

Sed nihilominus à priore sẽtentia non recederem, Quia maior viget ratio hoc in casu; licet omisso, quàm in expresso,
10 quo fit, vt etiam in penalibus, exra-

ex rationis maioritate, (vt aiunt) fiat extensio .l. nec in ea de adult. vt post antiquiores, multis exemplis docet Alci. in materia extẽsionis li. 2. de ver. sig. fol. 46. quid enim absurdius, quòd minore pœna afficeretur offendens domi, quàm extrà domum: at cum lex ali-
11 quid absurdum continet, etiam in correctorijs fit extensio, teste Curt. sen. cons: 45.

Vnde ijs, & similibus rationibus motus, respondi cons.
12 meo crimin. 118. & 148. extra hẽtẽ farinã, ea quoq; cõst. alligari, qua vetita est frumẽti extra territorium asportatio: & ità iudicaui; Sed sententiam meam refellit Alex. Rauden. Doct. Excel. trac. de Anolog. c. xxxi. nu. 99. quòd in pænalibus non fiat extensio, ex quo non ità facile quantitas farinæ reperiatur sicut frumenti: sed parcat mihi eius excel., nimiũ facilis fuit ad me repræhendẽdum; & errorem meum etiam in indice adnotandum: quia non meæ tantum authoritati detraxit, quæ leuis est, sed Bar. quæ suprema est, in allegata l. quesitũ .§. illud .ff. de leg. iij. quem videre debebat; & post eum, Flor. dicentem quod alias absurdum sequeretur, allegando Alber. p. par. statutorum, col. 4. Item Franc. Lucanum Parmen. trac. de Fisco .§. de vectig. nu. 19. & Alci: præceptoris mei (cuius veneranda vestigia, velis remisq; sequi soleo) in prefatione ad commentaria .ff. de verb. sig. & li. ij. eo tit. in materia extẽsionis fol. mihi 52. ea ratione, quia alias prohibitio elusoria redderetur, nisi etiam in ijs pænalibus fieret
13 extensio; & absurdum sequeretur, Quod abhorrent scrib. sup. & idem postea sensisse vidi Clar. in praxi .§. fi. q. 82. in materia statutaria septimo stat. dicens sic seruari.

Nec me mouet decisio Bal. ab eo adducta in l. ij. C. de pe-
14 ric. & com. rei vend. de vino, ad acetum, quia si vinum fiat acidum, in aliam speciem transit; quòd de grano ad farinam dici non potest, & ratio modicitatis farinę, quã Rauden. allegat, in aceto magis quadraret: nec dictum Bal. hodie sine controuersia admitteretur, ob hominum ad fraudandum facilitatem, & idpropter mea sententia tantorum virorum authoritate, & tot rationibus fulcita, probanda est, & sic passim seruari video.

¶ Adeò pro valde Virg. Georgicon, Multa adeo melius gelida se nocte dedere: & pro multum Teren. Adolescentem adeo nobilem.

¶ Ad hæc, dictio est continuatiua .l. i. §. ad hæc. C. de anno: prescrip.

¶ Ad

¶ Ad hoc vt, est dictio restrictiua, & modum respicit .l. quibus diebus .§. Termilius, vbi Bar. ff. de cond: & demon. Alci. Cons. 5. in prin. li. 9. secundæ impres.

¶ Ad summum, id est summatim Quintil. ad summũ nõ recedo.

¶ Adhuc, &
¶ Hactenus. } continuationem designant; sed adhuc, de tempore vsurpatur; hactenus, de re accipitur: & ideò minus rectè dicitur, hactenus ità sensi, sed adhuc ità sensi. Paulus Manutius in additamento ad Calep. verbo hactenus quandoq; pro etiam. Horat. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Quod subseruit stilo Auditorij Vrbinensis, dum rescribitur, vbi adhuc, quis manserit in carceribus decem diebus concedimus, vt petitur. Quidam enim vim dictæ dictionis ignorantes, eam clausulam impugnari conabantur.

SVMMARIVM.
Dict. Alias.

1 *Promissio, quod Titius soluet, alias de suo; quomodo accipiatur.*
2 *Promittens se facturum, & curaturũ, quando faciendo possibilia liberetur.*

¶ Alias importat conditionem l. diuort. de negoc. gest. Bar. l. i. ff. de cond. & demon. Grat. cons. 14. nu. p. li. 2. in eo, qui promisit Titium soluturum, alias de suo, Quandoq;
1 diuersitatem, l. qui hominem §. datur .ff. de pos. Dec. rub. de prob. nu. x.

2 Et licet promittens se facturum, & curaturum quod Titius aliquid faciat, liberetur faciendo & curando quantum in se est Bar. cons. 236. incip. Martinus. Aret. 143. Bal. C. j. .§. i. tit. hic finit lex Coradina, Ias. de stipul. ista nu. x. de verb. oblig. Etiam si cum iureiurando, ac sub pæna fiat promissio. Feder. sen. cons. 122. Ab. C. gemma de Spons. ¶ Tamen si addantur verba, alias de suo, promittens ad interesse teneretur .l. obligationum ferè .§. fi. .ff. de act. & oblig. nã eo casu constare videtur quod pars voluerit obligari ad penam vel interesse vt declarat. Dec. l. Impossibilium de reg. iu. Soci. cons. 26. li. 3. &. 288. ¶. Afflic. decis. 297. col. xi. li. 3. Aret. l. si ita stipul. §. possum de ver. oblig. Alci. §. Cato nu. 135.

Sed contr. probare videtur Paris. cons. 110. in p. licet de hoc dubitare fateatur, nu. 60.

Quid autem si opposita sint verba cum effectu, Aret. cons. 143. quod quis excusetur, & cum eo Dec. cons. 313. Paris. sup. sed contrarium ipsemet Aret. dicto .§. possum. Soci. dicto cons. 288. Alci. sup. & l. quod te. si cer. pet.

Sed

Sed quid si dictum sit, quod faciendo possibilia non liberetur, allegatur pro promissore Afflic. decis. 298. Sed licet in themate adsit hæc clausula tamen, de ea in decisione nulla mentio.

Putarim igitur ex ea & alijs generalibus renuncijs, promissorem minime excusari, & præsertim in stipulationibus prętorijs, vt fatentur Alci. sup. & Zas. d. l. Stipulatio nu. 13. & ita iudicaui.

¶ Alioquin eiusdem ferè naturæ, quæ superior; est aduersatiua conditionalis, idest si non facta fuerint prædicta: Bar. l. i. nu. xi. de cond. & demon. Soci. cons. 51. nu. 9. lib. p. Sali. Soci. d. .l. mutuum nu. 4. si cer. pet. Dec. l. i. ff. eo. Decis. pedem. 145. nu. 6. & nedum facit orationem conditionalẽ, sed in se continet conditionẽ præcedẽti dispositioni contrariam: Soc. sup. Purpur. l. 2. post Alex. Deci, & alios. ff. si cer. pet. Decis. pedem, sup. vbi idem de dictione alias, & nisi.

Et dicit Bar. in. l. i. vers. quæro .ff. de cond. & demon. quem sequitur Ias. in. §. in personam, nu. 8. Instit. de act. Quòd natura huius dictionis est, vt non faciat orationem cõditionalem, sed quòd in se ipsa dispositionem contineat præcedenti contrariam.

SVMMARIVM.

Dict. Aliquatenus.

1 *Intellectus. Tex. in. C. super eo, de test.*

¶ Aliquatenus, idem significat, ꝙ in minimo. cap. super eo 2. de test. Paris. cons.
1 58. nu. 34. li. 4. declarando tex. in. d. cap. vbi dicitur non esse aliquatenus testem admittẽdũ: idest nec in minimo quidem sibi credendum.

¶ Aliquot, nec de paucis, nec de multis interpretatur, Teren. in Andria, aliquot me adierunt.

SVMMARIVM.

Dict. Alter.

1 *Verba impropriantur, vt libellus etiam criminalis sustineatur.*

¶ Alter, propriè de duobus intelligitur .l. ancillæ vbi Bar. Castren. & Curt. Iun. c. de fur. dicentes, quòd si formaretur accusatio, vel inquisitio, contra tres, vel plures, & dicerent, quòd alter alteri auxilium præstitit, tanquam incerta nõ procederet subdens Bal. ità fuisse iudicatum, & bene.

Ang. trac. malef. vers. Et de malefi. semper astitit, dici hanc decisionem duram, sed quòd propter authoritatẽ Bal. & sequacium nihilominus in praxi seruaretur:

Sed

Sed quicquid Bal. Castren. & Cur. dicant, ipse cont. proba-
3 rem; quia verba impropriantur, vt libellus sustineatur. l. Si olei, vbi Bar. C. loca. l. sed, & si poss. §. etiam si. ff. de iure iur. nisi tamen etiam testium depositiones essent incertæ, laudo tamen ad tollẽdas ambages omnes, quòd loco illarum dictionum, apponatur dictio inuicem, qua mutuũ, etiam de multis loquendo, auxilium significatur; vt dixi ver. inuicẽ.

¶ Amplius licet dictio comparatiua sit, tamen ex mente contrahentium quandoq; vim cõparationis amittit; poniturq; pro toto. l. i. §. Hæc verba, vbi glos. ff. si cui plusquã pro lege falc. Fas. in. l. si pater tuus. C. de hęred. instit. Et si pronomen illi adijciatur rerũ repetitionem facit, vt cum dicit hoc amplius, vel eo amplius. l. Si sic. de leg. 3. sed si simpliciter apponatur, actum legandi solum, nõ ipsam rẽ repetere videt. l. Si ità à te stipulatus. De verb. sig. quod aliquibus exemplis exornat Alci. l. verb. amplius. eo tit. & ante ipsum Flor. l. si Seruius. l. si ita scriptum. de leg. i.

Et ponitur augmentatiuè, in modico tamen. l. Cum inter nos, de verb. sig. & repetitionẽ inducit. l. Legata inutiliter, vbi Castren. & Aret. de leg. 1. & ad modicam quantitatem refertur Giuliel. in spec. ti. de disput. & alleg. §. post. nu. 9.

¶ An coniũctio est interrogatiua, quãdo de duobus pluribusue ambigimus: Et quãdoq; pro cur accipitur, vt apud Maro.

An mihi cantando victus non redderet ille? Seruius in arte poetica.

SVMMARIVM dictionis antè.

1 *Promittens soluere ante mensem Ianuarij, an satis sit, quòd antè finem mensis soluat.*

2 *Testis vnus, si dicat, quid antè bellum, alter post, an iter eos concordia dari possit.*

3 *Promittens solutum antè nundinas Arimini, an antè principium nundinarum cogi possit.*

4 *Diuisio si probibeatur ante vigesimum quintũ annũ, an finis sit expectandus.*

5 *Subst. si filio fiat, si ante vigesimum quintum annum decederet, an ante finem anni substitutus admittatur.*

¶ ANte.
¶ Post.
¶ Postea.

Ante in actu, qui in statim absoluitur, significat tempus quod præcedit, vt antè
1 mortẽ; post verò tempus, quod sequitur. l. Si ita stipul. fuero. §. fi. ff. de noua. propriè loquendo; & sic in actu momentaneo, non reiterabili, secus in actu, qui habet tractum successiuum determinatum; vt antè annum, post annum; quia tunc dictio antè respicit finem actus: & sic

antè annum finitum. Vnde qui promiſit ſoluere antè menſem
2 Ianuarij, ſat eſt, quod ſoluat antè menſem finitum, ſi credamus Alex. in .l. 2. nu. 2. §. creditum. ſi cert. pet. ſed contr. probat Dec. poſt eum vers. 11. & ante eos Bar. nu. xi. quia dictio, antè, reſpicit initium rei, & cum vulgò ex communi loquendi vſu, ſoleamus nomine proprio Ianuariū ab ipſo principio appellare, finis menſis expectandus non videtur, vt poſt Bal. & Ias. ſcripſit Alci. d. l. creditum, col. 2. nu. 50. l. qui antè cal. de verb. ſignif. Quod & in teſtibus cōcordandis, poſt glos. in. d. §. creditū, in ver. poſt nuptias, & Bar. ibi tradunt ſcrib. omnes, quorum
3 aliqui deponunt quid antè bellum, & aliqui poſt bellum geſtum fuiſſe; nam, & factum tempore belli dicitur, etiam quod modico tempore, ante bellum, in ipſo tempore factum eſt: Alex. l. diuortio. col. 3. ſol. mat. Alci. ſup. Petrus à Petra Placentinus iurecon. omni laude dignus cū quampluribus exēplis trac. de fidei. q. xij. nu. 1131. cum ſequeñ, dummodo veriſimilis ſit concordia, & non multum extrinſecus adducta. Quid enim remotius à veritate, & ratione, quàm teſtes apertè diſcordes concordare velle? dicere enim quòd, quid antè, aut poſt geſtum ſit, ſunt contraria immediata, & implicabilia, l. ſæpe. de verb. ſig. & Ideò Bal. in c. cauſam, quæ. de reſcrip. concordiam hanc Bar. irridet, ac deludit, quem ſequitur etiam Zas. d. §. creditum. nu. 17. cum ſeqq.

Perpendenda ſunt igitur verba conuentionis, & diſpoſitionis hac in ſpecie; quia virtus harum dictionum variat ſe-
4 cundum naturam contractus, nam qui promiſit mercatori ſoluere debitum antè nundinas Ariminenſes, non intelligitur promiſiſſe antè nundinarum finem, ſed antè principium; quia mercatores egent pecunia, cum primum incipiunt nundinæ, non ijs completis. Bar. l. ſi ità ſtipulatus .ff. de ver. oblig. Zas. ſup. nu. 23.

Quid autem ſi teſtator diuiſionem inter filios prohibeat antè vigeſimum quintum annum? an differri debeat, vſq;
5 ad finem vigeſimi quinti anni? vel ſi filio decedenti, antè vigeſimum quintum annum, Titius ſubſtitueretur? Reſpondet hac in ſpecie Rui. cons. 118. li. 3. vt ſi antè vltimi anni finem deceſſerit; ſubſtitutus non audiatur, ex ijs, quæ pleniore ocio videri poterunt in .d. cons. Ruini.

Illud non omitto, quòd dictio poſt, eſt ſeparatiua, & declarat diem, cui adijcitur, non comprehendi .l. ſi cui legetur. vers.

vers. post biennium. vbi Aret. de leg.i. sic,& dictio postea, denotat actum perfectum Alb. l. p. §.qui pręsens. nu. 4. de verb. oblig. Tiraquel. de retrac. lignag. §. p. glos. xi. nu. 49.

¶ Ante hac, dictio pro Ante hęc consuetudine magis, quam ratione dicitur. Terentius in Andria, Nam quod ante hæc fuit, nihil ad me pertinet.

SVMMARIVM
dict. Antequàm.

1 *Minæ de occidendo in rixoso, & solito minas exequi ad torturam satis sunt.*

¶ ANtèquam non semper implicat .l.quod dr̃. extra de verb. sig. vbi Ab. ex eo tex. dicit, quòd dictiones negantes actũ certo tempore, nõ ponunt implicatiuè actum alio tempore; & ideò saluari posse testem à pęna falsi, qui dixerat, quòd antèquam Titius veniret ad prandium, filius percusit Sempronium, si probetur Titium ea die ad domum non venisse, Ias. l.i. nu. 39. adducit d. tex. quòd si probatur me dixisse, antequam vadam ad prãdium occidam Caium, qui postea reperitur occisus: si aliter non constat, nulla fit probatio contrà me; sed si tex. rectè perpendatur, probat optimè decisionem ad excusandum testẽ à falso; sed non quoad dictum Ias. ad excusandum me à minis de occidendo, quæ ad torturam sufficiunt: Guiliel. in spec. ti. de p̃sump. vers. sed pone; Ab.c. literas,eo tit.si minans solitus sit minas exequi; & sit malæ famę. Br. de ind.col.14.& alij passim.

¶ Apud, & Penes, in hoc differunt quia alterũ personam cum loco significat, Alterũ personã, & dominum, sic capiunt Festus & Teren. in Andria. Apud forum modo audiui.

¶ Ast, ponitur pro ac, pro atq;, pro sed, pro tum, pro tam, pro cũ, Seru.in arte, pro At, Festus Verg. in 6. At regina graui iam dudum saucia cura. & alibi, At tibi pro scelere. & est discretiua superiorum dictorum, Teren. in Andria.

¶ Atq; dr̃ coniunctio cõnexiua, quia plerunque coniũgit verba & conuertit: vt apud Ennium, Atq; ascendit muros Romana iuuentus.

SVMMARIVM
dict. Asiduè.

1 *Testis dictum, quod Titius assiduè possedit, vel habitauit, interpretatur de omnibus horis competentibus.*

¶ ASsiduè dictio est, quæ interpretatur .i. omnibus horis competentibus .c. fi. 36. distinct. Ab. c. i. de off. archi-
1 presb. quod not. pro intellectu testium dicentium, quòd quis asiduè

asſiduè poſſedit, vel habitauit.

¶ Aut eſt dictio diſiunctiua propriè, Et quandoque ponitur pro etiam .l. 2. C. de obſeq. pat. præſt. Quandoq; eſt alternatiua, ſed poſita inter perſonas coniungit, vt Titio, aut Seio fundum lego; ſecus ſi inter res .l. Cum quidam .C. de verb. ſig. & notant Bar. Iaſ. & Alci. in .l. re coniuncti. de leg. 3. dum tractant de verbis coniunctiuis, nu. 33. & 40. vbi quid, quando diſiunctiua, & coniūctiua eadem oratione copulantur, & de coniunctione diſiunctiua habemus tex. in .l. exigendi. C. De procur. Rom. ſig. 400. & fuſius Zaſ. conſ. 9. nu. 18.

SVMMARIVM
Dict. Autem.

1 *Prælegata quando veniant in reſtitutione fideicommiſſi.*

¶ AVtē & Verò } Sunt dictiones aduerſatiuæ, & debent aduerſari præcedentibus in iure, & in facto .l. hoc amplius .§. ijs verò .ff. De dam. infec. Alex. l. ſi filius. nu. 2. ff. de lib. & poſt. Iaſ. l.4.§. ſi is, qui duplam .ff. de verb. obl. nu. 1. & in l.i. ſuper gloſ. in ver. magiſtratus. nu. 53. ff. De offi. eius cui mand. eſt iuriſd. Grat. conſ. 2. nu. 33. li. 1. & quando id, cui adijcitur habet diuerſam rationem Rui. conſ. 64. li. 5. Paris. conſ. 43. & 53. nu. 3. li. 2. Zas. d. §. ſi is, qui duplam nu. 5. de verb. obli. appellat coniunctionem expletiuam, quæ aduerſatur, vt ſupra & ſemper ponit diuerſum caſū d. l. Hoc amplius. vt ſi diceremus iſti eloquentes ſunt iuriſtis perpetuo infeſti. Nos autem irridebimus. Et quandoq; aduerſatiua Verò admittit verbalem coniunctionem; Alci. l. re coniuncti. ver. item verbis, nu. 18. Ceph. conſ. 124. nu. 7. in 1.

Addo, quòd hæ dictiones aduerſantur ijs, quæ ſunt eiuſdem generis, & qualitatis, non ijs; quæ ſunt alterius, vt ſi dicatur ſcholares legunt, Petrus autem currit, intelligitur .n. de de Petro ſcholari. Bar. ex eo tex. in .l. Marito .§. cum autem, ff. de adult. cum ijs, quæ cōgerit Paris cons 101. nu. 25. li. 1. Nat. 570. nu. 8. cum ſeqq. in 3.

Et quod predictę coniunctiones aduerſatiuę aduerſentur in iure, & in facto in ijs, quæ ſunt eiuſdem generis gloſ. Bar. l. Mariti .§. cum autem .ff. De adult. Et quandoq; executiue ponuntur .l. 4. §. poſt litem autem .ff. Fin. regund. & fuſius ſcribit Aemil. conſ. 35. nu. 2. & conſ. 39. nu. 22. & 43. Vbi reſpondit virtute huius dictionis autem, poſitæ etiam poſt prælegata in clauſula inſtitutionis; hære-

hæredis Videlicet In omnibus autem bonis, & c. ea in fidei, commissi restitutionem nó cótineri, allegando glos. & Bar. d. l. Mariti. Verum est quod in casibus, in quibus consuluit, extabat etiam dictio alijs. Videlicet In omnibus autem alijs bonis, & c. ex qua (vt ipse ait) Testator vr̃ voluisse denotare diuersitatem in supposito, & diuersum ab expressis .l. Si fugitiui .C. de ser. fugi. & in ter. idem respondere & in eodem casu Fulg. cons. 100. & Commen. 37. Ias. cons. vlt. li. 4. Dec. 653. post Zabar. cons. 68. idem in dictione Verò de qua sup. loquentes cum ijs, quæ congerit Soci. iunior cons. 107. li. 3.

Sed pleriq; reclamant: ex ijsq; scripserunt Castren. cons. 367. viso. in antiquis, in nouis. 177. & Anton. à But. cons. 69. incip. Quòad ducétas libras subdens quod verba illa In omnibus autem alijs, & c. non sunt formalia testatoris sed notariorum, & esse verosimile ꝙ si testator voluisset à substitutione excludere prælegata, notabiliorem expressionem addidisset, comprobat Alex. cons. 25. in 1. quem refert & collaudat Cur. iu. cons. 13. dicens pro hac sententia extare tex. ineuitabilem, vt eius verbis vtar in .l. Marcellus. §. Quidã liberis. qui ab oïbꝰ allegari solet. ff. Ad Trebell. Rui. cóf. 38. Bez. 30. nu. 8. Alci. 604. li. 9. in secunda impressione. 118. eodem li. nu. 8. verum est quod in eo themate non aderat dictio Alijs, sed dictio autem Tantum, quod tamen in diuersam sententiam allegatur cons. 480. in priore impres. quod tamen ipse nullibi inuenire potui, Paris. 18. nu. 13. li. 3. & tandem multa congerentes, Zanch. in .l. Hęredes mei .§. Cum ita. nu. 57. post Rip. nu. 43. ff. Ad Trebel. & Marza. trac. de fideicóm. 2. par. Vers. In oïbus autẽ alijs bonis, & cũ hac opinione transiuisse videt̃ Ceph. cons. 231. li. ij. nu. 6. & Nat. 321. li. ij. à quibus quando fideicommissum est simpliciter factum, & subsequitur post legatum, non recedit Menoch. cons. 86. nu. 87. li. 1. licet ibi contrarium responderit ex casus, & facti diuersitate, & cons. 141. nu. 38. li. 2. contrarium cum Fulgos. quem allegat, tenere videatur.

Vnde quæ sit tutior, ac crebrior setẽtia vix discerni potest. Illud extra antinomiã vertitur, nempè quando prælegata maiorem patrimonij partem absorbent; tunc .n. proculdubio in fideicommissi restitutione cõprehenduntur, ex Bar. cõmuniter recepto in d. §. Quidam liberis, & Paris. in cons. 18. nu. 13. li. 3. Ceph. 379. nu. 19. li. 3. & Boer. decis. 280. nu. 8. in fi. vbi in materia præle-

prælegatorum multa congerit, quæ hic operæ non est preciũ recensere. Cætera habebis infra sub dictione Verò.

¶ Benè aduerbium idem significat, quòd rite, & rectè, sicut male, non ritè nec rectè Bal. l. eos. p. nu. 6. C. de appel. quibus vti solent iudices appellationum, cum ex eisdem actis iudicant; secus si ex nouiter deductis, quia dicunt, absoluimus, vel condemnamus .l. Offidius .ff. de leg. 3. dixi in dict. rectè.

Benè etiã accipitur pro multum, Teren. in Andria, sanè benè conueniebat.

SVMMARIVM dict. Beneplacitum.

1 *Verbum placet, in boni viri arbitrium sonat.*

2 *Concessio donec nobis placuerit, quando expiret.*

3 *Prononima meũ, tuũ, suum, & nostrũ in dubio an personas concernant?*

¶ BEneplacitum, & voluntas idem sunt: & quantum ad voluntatis perseuerantiã æquiparatur, verbum tamen volo, latiores habenas habet; nam potest ille, cuius voluntati aliquid committitur, iniquum æquitati præferre; secus in verbo placet; quia in boni viri ar-
1 bitrium sonat. l. cum quidam. de leg. 2. Ancar. c. si gratiosè p. not. de rescrip. in 6.

An autem concessio facta ad beneplacitum Principis, vel donec concedenti placuerit. (qua clausula sæpè vtitur Auditorium Vrbinense) concedentis morte expiret? disputant scribentes in d.c. si gratiosè, ex eo tex. & ea videt̃ certa cõclusio, quod si dispositio facta sit
2 sub nomine dignitatis tantum, vt si dictum sit Dux Vrbini, beneplacitum, seu voluntas non extinguatur, quia imperium, & dignitas non moritur; secus si proprium nomen præcedens exprimatur, vt Franc. M. Dux Vrbini, vel cum dr̃ ad beneplacitum nostrum, vel donec nobis placuerit; quia pronomina,
3 meum, tuum, suum, nostrum & similia semper in dubio personas concernunt. c. litteris de rescrip. in 6. & probare videntur Io. And. Anch. & Gemin. col. 4. d. c. si gratiosè.

¶ Celeriter quid fieri dr̃. quod velociter fit, vt apud Cæsar. de bel. gal. Imperata celeriter fecerunt. hoc autem secundum subiectam materiam iudicis arbitrio relinquitur, ità tamen vt nec præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione intelligatur .l. tutor qui repertorium .§. si tutor. ff. de admini. tut. & cur.

SVM-

SVMMARIVM
dict. Cætera.

1 *Citationis relatio, quod quis ad domũ citauerit, & c. intelligitur, quod persona inuenta non fuerit.*

2 *Clausula accipiendi possessionem propria authoritate, sub clausula constituti non continetur.*

¶ CAetera deducitur à græco καὶ ἕτερα idest, & alia; & ideò cum abbreuiationis causa apponitur, eius virtute alia repetita censentur, quæ ex natura, & consuetudine contractus requirebantur: Alex. l. Argentarius. ff. de eden. & l. Gallus. §. idem credendum, vbi omnino videñ. ff. de lib. & posth. obseruandaq; est primum notarij cõsuetudo. Vnde in dubio successori non licebit absq; iudicis decreto eam clausulam extendere. Paris. cons. 47. nu. 27. li 1. qui potest omnia apponere, quæ sunt de materia subiecta. Imo. c. significante. de rescrip. Ceph. cons. 88. nu. v. li. 1. fusius Port. li. 4. cõclus. reg. 19. Tiraq. de constit. 3. par. limit. 31. Rol. cons. 44. nu. 47. in 1. vt instrumeñ. in quo dictũ est iurans & c. censeatur habitum pro completo: Bar. Alex. hinc inde adducens in. l. Gallus. §. 2. ff. de lib. & posth. Rui. cons. 154. li. 3. 132. li. 5. Grat. 140. nu. 6. in 1.

1 Vndè est, quod apposita in relatione citationis, nempè talis retulit se citasse domi & c. importat, quod citauerit ad domum, quia personaliter non inuenerit; & sic quod est de natura citationis, vt sit valida Bar. d. l. Gallus. §. 2. Ceph. cons. 691. nu. 19. li. 1.

Aliud auté vbi necess. est scriptura, vel verborum expressio, quia non satis est, quod eius clausulæ inuolucro extra rem Tabelliones implicant. l. i. ff. de ijs quæ in test. delen. Vndè ea dictio, nec iuramentum, nec stipulationem continet. But. Ab. Imo. c. pen. de iure iur. Alci. l. cæterorum. de ver. sig. Grat. sup. Port. omnino videñ.

Illud non omitto, quod clausula, in qua ponitur dictio, & cætera, saltem pro parte scribi debet, vt puta in testamento hanc autem, & c. cassans, & c. ad hoc vt extendi possit, & comprehendat ea clausula, contineri solita. glos. Ab. c. estote. de reg. iur. Bero. cons. 2. in 2. nu. 3. & 19. Nec in ea continentur, nisi quæ sunt de forma, substantia, & natura eius, quod expressum fuit. Bar. Bal. & alij in. l. in illa instit. ff. de hęred. instit. Bero. cons. 14. nu. 5. in 3. Rui. d. cons. 154. & 132. nu. 8. in v.

Aduertendum quoq;, quod dictio, & c. abbreuiatè concepta importat solum ea, quæ ad orationis complementum desunt;

sunt: non autem quæ sub oratione separata continentur; & ideò licet post clausulam constituti immediatè apponi con-
2 sueuerit. Clausula accipiendi possessionem propria authoritate; non tamen, nisi exprimatur, apposita censetur Pau. à Cas.cons. x. li. 1. Aim. cons. 34. nu. 3. & 7.

Insuper aduertendum est, quod abbreuiatè scripta comprehendit, quod solitum est sequi, secus, si esset scripta, quia tunc capitur pro vt verba sonant Ab. c. Estote de reg. iu. in quo amplius deliberandum: nec omittenda hac in specie declaratio Soci. in d. §. Idem credendum. nu. 3. cum seqq.

SVMMARIVM
dict. Circa.

1 *Testis si dicat, quid factũ fuisse xxv. annis elapsis, vel circa, an excusetur à pęna falsi, si antè, vel post per mensem discordet.*

Circa & Circiter } Idem sonant; sed circa ad locum, circiter ad numerum designandum refertur .c. 1. vbi Card. de off. ord. in 6. vtraq; dictio in modico tempore verificatur. glos. c. fi. de spons. impub. Giuliel. in spec. ti. de alleg. & disput. §. post hoc. Alex. cons. 122. li. 2. Paris. 104. nu. 13. Alci. l. Hęc adiectio. de ver. sig. decisio delph. 567. Menoch. de arb. iud. casu. 57. nu. 30. li. 1. Adde, quod dictio circa, quandoq; designat termini exclusionem, quandoq; inclusionem; Hostien. in summa De rescrip. §. 7. Ias. l. & si post tres ff. si quis caut. qui negocium hoc multis exemplis exornat. Nec omitto, quòd qñ est adiecta actui probatiuo, probatio nunquam intelligr̃ certa, & limitata tex. in d. c. fi. vbi Ant. à But. & Ab. dicens nõ esse determinatum tempus, quod cõprehendant hæ dictiones, circa, plus, & vltra. Alex. cons. 29. nu. x. 183. nu. 8. 184. nu. x. in 7. Soci. iu. 195. nu. 5. in 3. Rui. 130. nu. 5. in 4.

1 Vidi tamen Grat. præceptorẽ meum cons. 43. nu. 24. in 2. qui conatus est saluare dictũ testis dicentis quid gestũ fuisse tali tempore licet verè factum fuerit antè, vel post per mensem, sed & hæc omnia secundum subiectam materiam iudicis arbitrio percipienda. l. Nec adiectio de ver. sig. Quid. n. si testis deponat de eo, quod iam. xxv. annis elapsis contigit, & tunc decisio Grat. sequẽda est, quòd si breui tempore, & tunc secus.

Insuper hæc dictio, in venditione locatione, & simil. adiecta, vel nihil operatur, vel ad modica refertur, vt not. in. l. Publia ff. depos. Alex. cons. 92. in 2. 8. li. 4. Cor. cons. 59. in 4.

in 4. Plot. 56. in locatione de tot modijs terrę vel circa, decis. Delph. 567. vt non posit excedere quartã, & dicit Soci. in l. vnica. nu. 90. quòd apposita super rebus, accessionem significat: allegat l. Rutilia. ff. de contrah. emp. Rui. tamen cons. 130. nu. 5. li. 1. quem sequitur Menoch. casu 46. li. 2. dicunt hoc iudicis arbitr. residere.

¶ Citrà est dictio opposita dictioni vltra, Bal. cons. 411. lib. 5. Horatius.

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines:
Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum.

Et quandoq; ponitur exceptiuè, Bal. l. Transigere. C. de transac. & iuncta cum dictione etiã denotat tempus continuũ, & continuatam possess. Rui. cons. 5. in4. & dixi sub littera, a. & quandoq; inclusiuè, c. licet. De prob.

¶ Clam pręposițio est, & ablatiuo, & accusatiuo iungitur, Teren. in Andria, Nec clam te est. quandoq; inuenitur non seruiens casui, Verg. 1. Aeneidum, Clam ferro incautum superat.

SVMMARIVM
dict. Commodè.

1 *Dotis promissio à socero, cùm commodè soluere poterit, quomodo capiatur.*

¶ Commodè id fieri dr̃, quod salua dignitate, & sine incommodo promittentis fieri potest, Proculus li. 5. epist. de quo in .l. Nepos Proculo. de ver. sig. quod in specie ad dotis promissionem à socero factam deducitur; & præsertim ab Alci. d. l. Nepos. Io. An. in c. 1. §. fine. de stat. regul. li. 6. capit hanc dict. 1. sine penuria: quem probat Ant. Corduba in l. si quis à liberis. §. sed si filius. nu. 82. ff. de lib. agnos. refellens Dec. aliter loquentem c. peruenit. 2. de appell. Teren. in Adelphis, Dabitur à me argentum, dum erit commodum.

¶ Cominus aduerbium loci secundum Priscia .i. propè, quasi cum manibus: & eminus .i. longè, & extra manus.

¶ Concorditer accipitur pro eo, quòd nemo discrepet, si propriè loquamur, Ab. c. non potest. nu. 26. de Senten. & re iud. c. cũ olim. nu. 16. eo tit. vbi dicit, non posse dici concorditer factum etiam à collegio, quod fit aliquo discrepante, c. in causis. de elec. Ab. in c. Bonę mem. nu. 2. de postul. prelat. vbi fusius add. littera C. Nisi tamen esset factum absente minori parte. Bar. Bal. Alex. l. Iurisgentium .§. hodie .ff. de pact. & idem de dictione vnanimiter. Alex. d. §. hodie. & cons. 124. li. 2.

¶ Confestim aduerbium est,

C quod

quod significat, vt quid quàmprimum possit, vel iudicis haberi possit copia, fiat secundum subiectam materiam. Cicero de bel. belg. Cæsar confestim legiones subsequi iussit, sicut, & apud maiores nostros habemus in. l. 2. §. confestim. ff. Ad senatus con. Tertul. vbi Bar. & in l. 2. ff. qui pet. tut. Castren. & cæteri l. sciant. C. de leg. hæred. Aret. §. actionum. nu. 44. Instit. de act. & in §. Quemadmodum. nu. 4. Instit. de senat. consul. Tertull. post antiquiores, qui ex interpretatione, & benignitate potius, quàm ex vi illius dictionis in matre accipiunt dictionem confestim .i. intra annum, mitigato rigore d. l. confestim. & post alios probat Bal. l. Precibus nu. 22. C. de impub. & alijs substit. Cætera, quæ ad hanc rem pertinent, in dictione incontinenti, illicò, & statim videbimus.

¶ Continuo est dictio, quæ exigit, vt non fiat temporis interuallum c. cæterum vbi. Abb. nu. 4. de rescript.

¶ Contra & ¶ Aduersus } differunt, quia contra loci est, vt cõtra Basilicam, Aduersus illum facio. Seruius in arte.

¶ Coram ad certas personas refertur: Palam ad omnes. Teren. in Andria: & proximitatem significat. Teren. quem mihi ante oculos coram adduxisti amatorem.

¶ Cuiq; est collectiua requirens concursum omnium, & tribuẽs rem cuilibet insolidum. l. Hoc articulo. vbi Bar. ff. de hæred. instit. l. Balista. ff. Ad Trebell. & fauore institutionis dicitur etiam distributiua Rui. cons. 12. nu. 37. li. 3. & distributiuã appellat Ancar. cons. 245. loquens de ver. Quisque. Paris. cons. 13. nu. 9. & 16. in 1. loquens de dictione cuiuslibet, & Alci. 30. in antiquis, & 28. li. 1. in nouis, loquens de dictione cuiusq;. Sed in ea dict. cõtrariũ de verbo quisq; Gabr. Eugubinus cons. 87. in 1. & in vtroq; videlicet cuiusq;, & cuiq; Aurel. Corbulus Vrbin. trac. De caus. priuat ob lineam finitam. nu. 85. & sic quòd sit dictio collectiua.

SVMMARIVM dict. Cum.

1 *Legatum in diem, mortuo legatario, ante diem expirat.*

2 *Legatum mulieri, cùm nupserit, an ad hæredes transmittatur.*

¶ CVm, & quando sunt dictiones temporis expressiuæ: sed si signant expressionem ad tempus implementi restrictam l. quibus diebus. §. quidam Titio, & in l. 1. ff. de cond. & demon. Grat. cons. 138. nu. 10. li. 1. & facit legatum conditionale

nale, & in diem, & ideo mortuo legatario, ante diem legatum expirat .l. si cui legetur. vbi Flor. de leg. 1. qui fusius de natura dictæ dictionis. Rui. cons. 130. nu. 10. in 2. Paris. 38. nu. 75. in 3. vt in legato cum nupserit, quòd ad hæredes non transmittitur, vt ex Alex. cons. 55. li. 2.

Aduertendum tamen, quòd licet denotet cõditionem; principaliter tamẽ denotat tempus secũdo cõditionem, Bar. d. l. 1. Alex. l. huiusmodi. nu. 3. ff. de leg. 1. Grat. cons. 108. 138. nu. 7. li. 2.

SVMMARIVM
Præposit. Cum.

1 *Institutio de Petro cũ Martino quomodo accipiatur.*
2 *Mater si cum filijs sit instituta, an filij ordine successiuo admittantur.*
3 *Legato fundo cum instrumentis, si fundus vendatur, an instrumenta peti possint.*

¶ CVm præpositio habet vim copulæ, Rui. cons. 50. li. 2. & magis copulat, quàm dictio, Et, Rui. cõs. 190. in 1. & copulat qñq; accessoriè, qñq; principaliter. Soci. l. si is, qui ducenta. De reb. dub. Rui. cons. 45. in 1. & 114. li. 4. Et quandoq; coniungit, vt exemplis comprobat Rui. cons. 164. nu. 14. li. 5. Et dr̃ accessoriè copulare,

1 non principaliter, vt si instituo Petrum cum Martino, Bar. Bal. l. 3. C. si pendẽte. appell. vt apud Tob. Nonium cons. 40. nu. 6. vt quilibet in virilem admittatur. Cur. Iu. l. fi. nu. 25. C. de impub. & alijs subst. & post Accur. & Bar. Alci. l. Gallus. §. quidàm rectè. nu. 32. ff. De lib. & posth. præpositio enim hæc ad comitatum refertur, & accessione quadam coniungit, l. 1. ff. de pecu. leg. Adde, quòd huius dictionis natura est, vt omnes personæ copulatæ simul, & æqualiter vocentur. l. vnica §. ijs ità C. de cad. toll. nisi aliud suadeat testatoris mens, vel subiecta materia,
2 vt habemus ex decis. pedemont. 81. nu. 1. & 16. in matre cum filijs instituta, vt filij ordine successiuo instituti intelligantur.

Nec omitto, quòd quando ponitur interduo, quorum vnũ non venit accessoriè ad aliud; copulat æquè principaliter, sicut copula, Et text. & ibi Bar. in l. tabernã ff. de Fun. instruc. & in l. 2. & 3. ff. de pecu. leg. probat Io. An. in c. quia sæpè. de præb. in. 6. Soci. cons. 69. nu. 4. li. 4.

Abb. c. cùm Marte. nu. 3. de celeb. mis. ex eo tex. dicit valde differre, an aliqua copulentur per copulam, Et, an copula, Cum; nàm copula, Et facit copulatum venire principali-

ter, non accessoriè. Sed copula cum, facit venire copulatum accessoriè, allegat tex. in .l. si cui fundum .ff. de fun. instruc.
3 vbi si testator legauit fundum cum instrumento, & postea vēdidit fundum, non valebit legatum quoad instrumentum; secus si legasset fundum, & instrumentum. Idemq; ait Ant. à But. c. literis. de restit. spoliat.

SVMMARIVM Præpositionis De.

1 *Nepos ex filia non dicitur natus ex prop. corpore aui.*

2 *Stat. quod non possit pax fieri de percussionibus cum sanguine, an procedat, si quis impulsus caput in saxum colliderit cum sanguinis effusione.*

3 *Pœna imposita per homicidio, an locum sibi vendicet in mandante.*

4 *Stat. quod exules de homicidio non remittantur, an procedat contrà bannitos de mandato.*

5 *Extensio fit ex identitate, vel maioritate rationis.*

6 *Publicè interest malefitia puniri.*

7 *Pœna stat. punientis facientem, etiam mandantem comprehendit.*

8 *Stat. quod pro homicidio nemo pęna mortis puniatur, nisi etiā statuto eadem pœna sit imposita, an mandantem comprehendat.*

9 *Bal. malè, & sophistice in quadam specie consuluit.*

10 *Mandans magis delinquit, quàm mandatarius.*

¶ DE, præpositio est, denotans causam proximam, & immediatam, l. 1. §. Nunc videamus. ff. de coniung. cum emanc. lib. vbi Bar. l. eo tempore .ff. de pecul. l. Non dubium .C. de leg. Bar. l. 1. §. si
1 plures. ff. de exercit. Pa. à Cast. cons. 164. nu. 14. li. 2. vt nepos ex filia non dicatur natus ex proprio corpore Aui. Bal. l. de pecoribus. C. de leg. Aquil. inferens ad stat. quod non pos-
2 sit pax fieri de percussionibus cum sanguine, vt stat. non procedat, si in terram impulsi, & colliso capite, in lapidem exiuit sanguis; quia immediatè ex eo impulsu non exiuit sanguis, sed accidentaliter ex lapidis collisione; sicut & quod pęna, quę pro homicidio imponitur,
3 in eo, qui mandauit homicidium fieri, non procedat; quem refert, & sequitur Dec. Rubrica. Si cer. pet. lect. 2. Thom. Doccius cons. 122. subscrip. 2. vbi respondit, quòd inquisitus de vulnere clandestino non cōprehendit inquisitum de aux. ad illud vulnus: & quod stat,
4 quo exules pro homicidio amplius ad patriam restitui non posint, non habeat vim contra bannitos de mādato; vt probat Bal. d. l. Non dubium. super d. præpositione de aux. quem sequitur, & menti tradendum dicit Paul. a Cast. ibi nu. 11.

Sed quicquid dicant Bal. & Dec.

Dec. ego in ijs omnibus contrarium iudicarem, & quoad primam decisionem considero statuentium mentem, quæ fuit, vt in delictis cum sanguine, ceu grauioribus abolitiones non fiant; vel pęna ob pacem ad modicum non reducatur; qua ratione in dictione Vrbinensi abolitiones, quæ plerunq; pęnas ad quinq; bononenos restringebant, sublatę sunt. Vndè cũ ex actu, & impulsu eiusdẽ personæ, & ex eodem ictu sanguis exiuerit, nulla suadet ratio, vt statuti verba cauillent, præsertim, quia impellens, vel qui fugando fuit in causa, vt fugatus caderet, omnino, quasi percusserit cum sanguine, tenetur, vt fatetur Bar. in l. si gemina. nu. 4. ff. Arbor. fur. cæsar.

Et quòad secundam, si demus casum, in quo mandans, & mandatarius pari pęna puniantur, pro vt regulare est, c. sicut dignum. §. Qui verò. vbi Felin. de homicid. l. Non solum. §. si mandato. ff. De iniur. glos. §. Ope. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. nescio quare non sit præsumendum, statuentes idem de mandato sensisse; in quo est eadem, seu maior ratio; cum etiã in pœnalibus ex identitate, vel maioritate rationis fiat exten-
5 sio; cum de criminis vindicta agitur: publiceq; intersit, maleficia impunita non esse, l. Ità
6 vulneratus. Ad. l. Aquil. ex doct. Bar. in. l. Quemadmodum nu. 4. C. De agric. & cens. li. 11. dicentis, quòd pęna statuti punientis facientem, etiam fieri
7 facientem comprehendit; quod vigore extensionis probarunt etiam Alex. in add. ad Bar. in. l. sed si vnius. §. Seruius. ff. de iniur. & Alci. li. 2. de verb. sig. ver. Nunc ad materiam pœnalem. fol. mihi. 48. allegans Bar. d. l. Quemadmodum.

8 Sed prædictis obstare videtur Bal. cons. 52. li. 1. vbi in ciuitate Mediolani respondit, stante statutõ, quòd pro homicidio nemo mortis pęna puniatur, nisi municipali lege sit cautũ, mandantẽ eo statuto non alligari; & in l. Non ideò minus. col. 10. C. De accus. & Vinc. Palæot. cons. 65. inter cons. Alex. li. 4.

9 A quibus, iudicio meo, merito reclamat Mol. ad Alex. d. cons. dicens. Baldum malè, & sophisticè cõsuluisse; quia mãdans est princeps, & author delicti, l. in hoc iudicio. C. De ser. corrup. & quantum ad ef-
10 fectum iuris, & facti est plus, quàm homicida, quia delinquit in se, & in alium; cuius animum mandato corrumpit; vt fatetur ipsemet Bal. d. cons. 52. & hoc siue dicamus actum à mandante factum propriè, seu per interpretationem, vt Bal. declarat in c. 1. §. si quis decesserit. Si de feu. fuerit cõtrouer. inter dom.

dom. & agna. & hæc mihi videtur rectior sententia, quicquid hinc, atq; hinc arguat Ias. in. l. si quis id, quod. nu. 36. ff. De iurisd. omn. iud.

Idemq; quoad tertiam ex iam dictis dicẽdum: presertim quia lex non loquitur de eo, qui fecit homicidium, vel de homicida, & sic in personam, sed in rem, nempè de bannitis ꝓ homicidio, vt longa verborum serie congerit, & declarat Ias. supra: & hæc de natura præpositionis De, satis sint; quæ materiæ subsequentis demonstratiua dr̃ l. Idem Pomp. ff. de arb. Alci. l. 1. nu. 43. ff. si cer. pet. & quandoq; ponitur pro A. l. 1. C. de fideicomm. l. si de meis. ff. de arbit.

¶ Deinceps accipit in infinitum §. licet. Instit. de adopt. §. sui. De hæred. qual. & differ.

¶ Difficile ex proprio significatu difficultatẽ importat, glos. & ibi Abb. in c. Cũ sint. nu. 9. de decim. quandoq; impossibilitatẽ, sicut dictio Vix, vbi dixi.

SVMMARIVM

Dict. Diù.

1 *Tempus diuturnum, vel prolixum quod dicatur.*

2 *Fideiussor quando eximi ab obligatione petere possit.*

¶ Diù significat decennium, l. 1. vbi glos. & Bal. C. vbi
1 cau. stat. l. fideicommissum ff. Qui, & à qui. vel tempus diuturnum, quod est 10. vel 20. annorum, l. fi. ff. De seruit. quandoq; tempus prolixum, quod est 20. ann. d. l. fi. quandoq; pro biennio, l. Quæ in agro. C. de omni agro deserto. li. 11. quandoq; lapsis sex mensibus, Abb. c. cum Ecclesia. nu. 50. de cau. poss. & prop. Alex. l. 1. §. si seruies. de aqui. poss. Dy. d. l. 1. dicit, quòd ea dictio accipitur arb. bini viri. sed Bal. sup. dicit opinionem glos. veriorẽ. Quomodo autem accipiatur ea
2 dictio, quando fideiussor petit eximi à fideiusione, quia vnũ ex requisitis est, vt diù in obligatione permanserit; glos. in l. ex ea. C. mand. & in §. si quid. Instit. De fideiuss. dicit esse arbitrio D. iudicis, teste Cyn. nu. 5. & Bal. l. 1. C. vbi cau. stat. & Abb. c. fin. nu. 5. de fideiuss. Cętera autẽ ad hoc requisita glossę supra dicunt esse quattuor. Roman. cons. 450. addit quintum casum, nempè quando superuenit inimicitia, Abb. sup. & ibi addens, quãdo fideiussor esset absuturus. Salic. d. l. pro ea. numerat octo casus, qui, nè extra messem nostram euagemur, omittuntur.

SVMMARIVM

Dict. Diutius.

1 *Maritus quando dicat diutius abfuisse ab vxore.*

¶ Diutius

¶ Diutius modicum tempus denotat, l. cum impubere. ff. de reb. dub. & dicit Guiliel. ad Spec. tit. de disput. & alleg. quod extenditur ad biennium, vel quinquennium, vel ad arbitrium boni viri, l. Quod dr̃ . ff. De pac. c. 1. de coniug. lepros. vbi Abb. nu. 8. quando vir
1 diutius ab fuisse ab vxore dicatur.

SVMMARIVM
Dict. Donec, & c.

1 *Linea masculorum extincta, an suspensio impeditiua successionis fœminarum summota videatur.*
2 *Intel. statuti quòd donec extant masculi fœminæ excludantur.*
3 *Intel. c. Ioseph. de ver. sig.*
4 *Legatum vsusfructus vxori factum, donec erit vidua, an sit conditionale.*
5 *Legatum scholari, donec erit in studio, an conditionem sapiat.*
6 *Legatum alimentorum, donec quis cùm hæredibus habitauerit, an ijs mortuis, debeatur.*
7 *Legatum vxori factũ, donec filia nuptui tradentur, quid importet.*
8 *Legatum vxori annuũ factum, donec cum hærede morabitur, an mortuo hærede, extinguatur.*
9 *Legatum vsusfructus quando sit annuum, & quando temporale.*
10 *Venditio, in qua reseruatum fuit dominum, donec pretium solueretur, quid importet.*

Donec, Quousq; & Quandiù, Quòad, } Sunt suspésiuæ dictiones; quæ habẽt in se cõditionem, l. 1. §. fi. ff. de vẽt. in posses. mitt. l. Ambiguitatem. ff. De vsufruc. l. Quãdiù. C. Qui admitti. & habẽt in se vim cõditionis, quæ pro parte etiã adimpleri non potest. l. cum filius. ff. De condit. & demon. Alci. cons. 7. li. 8. & suspendunt ad tempus, Bar. l. 1. ff. De cond. & demon. Et denotant tempus perpetuum, l. sufficit. ff. eodem. etiam si decies, millies anni efluxerint, vt ait glos. in Clé. Quãdiù. De appell. Soc. cons. 51. nu. 44. li. 3. & pręsertim, si dicatur donec, & quousq;, prout constitutio Vrbinen. sup fęminarum exclusione: ex ea nanq; geminatione monstratur enixa, & præcisa mens disponentis, Clem. 1. De iurepatron. Grat. cons. 81. nu. 26. li. 2. Vndè extincta mascu-
1 lorum linea, suspensio impeditiua actus succesionis filiæ submota videtur: vt probauit Bar. in l. si filius. §. Quãdo. quę est fi. ff. Ad Tertull. Bal. cons. 69. li. 1. Anca. 220. Alex. 188. li. 2. Dec. 331. in princ. & 507. in fi. Soci. Iu. 11. nu. 35. & fusius cons. 31. vbi de communi fidé facit, Tobias Non. cons. 8. nu. 2. Ceph. 95. in 1. & pleno cornu 404. nu. 59. in 3. 571. nu. 59. in 4. Menoch. 75. in 1.

Zas.

Zas. De feu. success. parte 8. nu. 58.

Contrarium tamen consultus respondit Bar. cons. 20. incip. Factũ sic se habet. Quidam dñs Iac. in 1. dicens, quòd contrarium tenentes non intelligunt significationem dictionis Quousq; alleg. tex. in l. Imperatores. ff. De manumiss. testam. dicens, quòd virtute huius dictionis Donec, & Quousq; dispositio pręambula non vitiatur ipso iure, sed noua dispositione opus est: licet quidam suis subtilitatibus velint contradicere, qui, vt eius verbis vtar, minimè sunt imitãdi, Soci. cons. 63. incip. In causa vertente. li. 1. propè fin. dicit pro hac sententia celebres aduocatos concistoriales, ac pręsertim collegiũ Senense, & Patauinũ cõsuluisse: & quòd contraria interpretatio absurdũ continet; quia si viuente filia decederet filius, qui vniuersę hęreditati se immiscuisset; deinum nepos, & pronepos, pluries hæreditas confunderetur, & diuideretur, alienarentur bona hęreditatis, & tandem cessantibus masculis ad filias, vel eorum hæredes vsq; ad triginta annos hæreditas deuolueretur, contra not. in l. 1. §. Præterea. ff. De separ. bon. & ex ijs, & alijs conclu-
1 dit, articulum valdè dubium, & quòd legendo, & disputando semper huic sẽtẽtię adhęreret.

Et licet diuersa sit crebrior, tamen magna est Bartholi, & Soci. auctoritas, & id propter, cum eiusmodi dictiones diuersimodè secũdum subiectã materiam capiantur, vt ex Paris. cons. 43. nu. 45. & dixi sup.
2 in præfatione; considerabam, an dictæ dictiones restringi possent ad diem successionis, videlicet quòd quousq; extant masculi, tàm primi gradûs, quàm secundi, tertij, vel vlterioris gradus, putà, filij, nepotes, pronepotes, vel cęteri descendentes masculi à linea masculina, excludat̃ filia fœmina, licet prioris gradus tempore successionis; cuius contrarium dictabat ius commune, l. Maxvitium. C. de liber. pręte. & sic euitatur absonus intellectus illarũ vocũ, Donec, & Quousq; si implicatiuè perciperentur, vt in proposito dicit Abb. in c. Ioseph. De verb. sign. declarando Euangelium Matthæi, quòd Ioseph Mariam non cognouit, donec peperit. Diuus Hieronymus contra Eluidium hæreticum, & Iacob. de Voragine super Psalmo 110. vim ac naturam dictarum vocum explicando, & d. c. Ioseph. declarando. Itàq; super hoc peni-
3 tus cogitandum. Illud non omitto, quòd licet in ditione Vrbinẽsi iudicis aduocationis, & auditoris munere à quinquaginta annis citra functus

sim:

sim: nunquam tamen vidi, hęreditates, quæ ad masculos deuenerunt sub eo prætextu, quòd masculina linea expirauerit, ad filias fœminas semel exclusas reuerti.

Insuper dictæ dictiones adiectæ dispositioni extinctiuæ cõditionem faciunt, l. 4. ff. de ser-
4 uit. Vnde vsusfructus relictus alicui, donec erit vidua, intelligitur sub conditione, Rip. respon. 1. tit. De vsuf. nu. 3. & sub alia impresſione conſ. 37. & 194. li. 2. vbi dicit, quòd faciunt cõditionem extinctiuam,
5 Bar. l. 1. de cond. & demon. de legato annuo facto scholari, donec erit in studio: & dicit Alci. conſ. 10. nu. 7. li. 6. quòd inducunt extinctiuam conditionem dispositionis pręcedentis in euentũ certi casus, vt ante illum euentum dispositio stet firma.

Indè etiam adiectę legato, illud annuum, & multiplex faciunt, Rui. conſ. 34. li. 2. & pro priore anno est purum, ꝑ alijs conditionale, l. legatum. ff. De annuis leg. Rui. sup. & 37. in prin. & 43. & 190. eod. lib.

6 Vndè Speciali alimentorum fauore inductum est, vt legatum quandiù, vel donec quis cum hæredibus habitauerit, etiam ijs mortuis debeatur, & sit perpetuum, dummodo per legatarium non steterit, glos. & scrib. in. l. 1. C. De instit. & substit. Bar. l. illis libertis. ff. De cond. & demon. licet secus in alio legato.

7 Et ideo si vsusfructus vxori legatus fuerit, donec filiæ nuptui traditæ fuerint, pro eo anno tantùm debetur, & non pro sequenti: idemq; est, si dictum esset, donec morabitur cum filiabus meis, vt pleniore folio ostendit Rui. d. conſ. 37. licet ipse pro perpetuitate legati responderit: quia legauerat testator vxori, si cum filiabus suis moraretur, donec nuptui traderentur, quæ dictio non respicit verbum dispositiuum: sed determinat verbum illud, Morabitur.

Vndè Pau. à Cast. l. 1. C. de leg. dicebat, quòd licet dictiones prædictæ conditionem inducant: tamen principaliter tempus denotant, secundario
8 conditionem, ità vt non habeant vim conditionis, sicut, si principaliter eam denotarent, & fusius ostendit Natt. conſ. 459. nu. 16. li. 2. omnino videndus: & ideò legatum annuum vxori factum, donec cum hærede morabitur, mortuo hærede, extinguitur, pręterquàm in legato alimentorum, vt sup. cum quo cæteri moderni transiuere, & præsertim Rui. conſ. 42. in. 2. dicens, Ancar. qui contrarium sensit conſ. 185. malè consuluisse.

9 Illud non præteribo, quòd

valde differt, quod legatum vsusfructus sit annuum, & per dictiones temporarias, puta, donec, & quousq; non nupserit; vel conditionale, si vitam vidualem seruauerit: quia secundo casu conditio semel defecta operatur, vt vxor perpetuo exclusa fuisse censeatur, Bal. l. 1. C. De fur. & ideò fructus antea percepti veniunt restituendi l. cum filius. §. Qui mutianam, vbi Raph. Comens. De leg. 2. Auth. Cui relictum. cum glos. in l. fi. C. De indic. viduit. toll. Alci. cons. 85. l. 9. nu. 11. Vndè ex iam dictis apparet, verum esse, quod eiusmodi dictiones diuersimodè, & secundum subiectam materiam accipiuntur; & ideò Soci. Iu. cons. 2. nu. 35. li. 1. eas exclusiuas temporarias appellat: & quandoque cōditionem extinctiuam denotātes cons. 66. nu. 15. li. 2. & Menoch. cons. 151. nu. 40. lib. 2. eas limitatiuas ostendit.

10 Et quod dictio donec, faciat venditionem conditionalem, non puram, Abb. cons. 66. li. 1. Aemilian. 220. nu. 3. in venditione, in qua reseruatum fuit domininm, donec pretium solueretur.

Et licet dictæ dictiones appositæ ad limitationem alicuius dispositionis præambulæ habeant virtutem repetitiuam, vt dispositio impedimento cessante reassumat suum effectum, l. pen. ff. de excus. tut. tamen secus est, vbi expressè apparet de mēte contrahentium, Bertr. cons. 39. nu. 12. li. 1.

SVMMARIVM

Dict. Dum.

1 *Legatum factum vxori, dum vidua steterit, donec non nupserit, debetur.*

¶ DVm, facit cōditionem, glos. Bar. l. 1. C. De lega. Rui. cons. 43. li. 2. & ponitur ad extinctionem, & limitationem, Paris. cōs. 95. nu. 47. in legato
1 vxori facto, dum vidua steterit. Ità vt valeat legatum, donec non nupserit, & secutis nuptijs extinguatur: & dicit Soci. in l. si quis ità legauerit. ff. de cond. & demon. ex illo textu, iuncta glos. quòd hęc dictio habet cōditionem repetitiuam, vt dispositio suum reassumat effectum, impedimento cessante, l. pen. ff. De excus. tutor.

SVMMARIVM

Dict. Dummodo.

1 *Modus non pręcedit, sed sequitur actū.*

¶ DVmmodo, est cōtinuatiua, l. 2. ff. De procur. & admonitiua, glos. c. Non potest. De prębend. in 6. capitur tamen quandoq; in contradictionem ad præcedentia, Paris. cons. 47. li. 3.

l. 3. super statuto ꝓpter masculos fęminarum exclusiuo, dummodo dotatæ sint, & licet quãdoq; conditionem faciat, vt in casu Ceph. cons. 118. nu. 29. li. 2. nihilominus regulariter non facit conditionem, sed modum, Alex. cons. 215. in 1. 20. in 2. 12. in 3. Bertr. 201. nu. 5. li. 1. Menoch. 134. nu. 36. cuius modi natura est, vt postea, & non ante, impleatur, cum modus actum non pręcedat, sed sequatur, vt ipse aduersus Ancar. probat. Verum est tamen, quòd quando iungitur ei, quod venit implendum, antequàm actus perficiatur, significat cõditionem, non modum, l. Thais. §. Stichus. ff. De manumiss. testam. Aym. cons. 10. nu. 14. & ante eum Barb. c. fi. De rapt. Soci. Iu. cons. 148. nu. 46. l. 1. Dec. c. ex litteris. nu. 19. De constit. dicens, quòd illa vox est modficatiua, & restringit, l. cum ab eo. De contrahen. empt. Et requirit, quòd de necessitate existat illud, cui ea dictio iungitur, ad hoc, vt actus possit effectum sortiri, Alex. l. 1. nu. 8. Ad l. Fal. Rui. cons. 202. & 215. in 1. Menoch. cõs. 86. nu. 28. De arbitr. iud. li. 1.

SVMMARIVM
Dict. Dũtamen.

1 *Clausula saluo, & reseruato, in fine cõdẽnationũ criminaliũ quid denotet.*

¶ DVntamen, facit modum, quo non impleto, deficit legatum, Rui. cons. 137. li. 1. & 43. nu. 7. in 2. & dicitur dictio valde restrictiua, c. licet. de elec. vbi Bal. nu. 7. adducit clausulam, quæ in sententijs apponi solet. Videlicet saluo, & reseruato, quòd si præter, contra, vel vltra formam statutorũ hæ sententiæ latę forent, eas ad formam statutorũ reducimus,
1 subdens, quòd iudex intelligitur pronunciasse iuxtà mẽtem declaratam, non secundũ clausulam, de qua sup. generalem, & confusam: quia iudex, qui sententiam claram protulit, statuta interpretatus esse vr̃, & priori interpretationi standum est, l. quicquid astringendæ. vbi glos. ff. De verb. oblig. Idem tamen Bal. in l. quid ergo. §. Pœna grauior. ff. De ijs, qui not. infam. fatetur hanc clausulam operari: quod & probat Fulg. in l. Item labeo. §. 1. ff. Fam. ercis. Idemq; sentit Aug. ad Angel. tract. de malef. verbo Saluo semper, & reseruato, vers. Tu autem in hac materia. cum quibus etiam ego pluries transiui, quando erratum fuerat in taxando pœnam, quia Titius, qui condẽnari debuit in trecentis libris, condemnatus fuit in trecẽtis quinquaginta: tunc vocata parte, vel fisco, si in fisci damnum erratum fuisset, sententiæ ad debitam

bitam summam vigore d. clausulæ reducebantur; secus in ijs, quæ sententię substantiam tangerent; puta, Quia Titius, qui absoluendus erat, condemnatus fuerit, vel è diuerso ex ijs, quæ à Bal. d. c. licet, & alijs supra eliciuntur.

SVMMARIVM
Dict. Duntaxàt.

1 *Casus qui similes dicantur.*
2 *Statutum, si quasdam tantùm exceptiones opponi velit, non intelligitur similes excludere.*
3 *Forma, quæ à taxatiuis inducitur, pręteriri non potest.*
4 *Ius accrescendi ex taxatiuis non impeditur.*
5 *Legans maiorem quantitatem in vna scriptura, in alia minorem, videtur à priore recedere.*

¶ Duntaxat, Tantum, Tantummodo, Solum, Non aliter, Non vltra, Non amplius, Et aliæ, si quę sunt, dictiones taxatiuæ nunquam excludũt casus similes, l. 1. §. 1. ff. si mẽs. fal. mod. dix. glos. l. Ob œs. C. de pręd. min. etiã in exorbitantibus, Grat. post Bar. cõs. 106. nu. 25. & 115. nu. 20. li. 2. & in materia pœnali glos. l. fi. C. de reuoc. donat.
1 Et illi casus similes dicuntur, in quibus eadem militat ratio, Alex. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. Grat. sup.

Vnde statutum per dictionem taxatiuam permittens, aliquas tantùm exceptiones opponi, &
2 non alias, non intelligitur similes expresſis excludere, Ang. l. sciendum. ff. De euict. Ias. l. 1. nu. 69. ff. de offi. eius, cui mãd. est iurisdic. Quod verum est, quando illi casus, & personæ exclusæ ex alijs iuribus includuntur: quia hæ dictiones alia iura non corrigunt, Bar. l. 3. §. cum Titio. ff. de adimen. legat. Alex. l. 1. ff. de contratab.

Sed quantum ad dispositionẽ legis, vel statuti taxatiuè loquentis, verum est, quòd omnes casus, etiam similes, ex proprietate, & vi verborum, licet per alia iura, includantur, vt declarat Dec. l. 1. nu. 3. & 5. C. De contratab. & d. l. 1. nu. 72. de offi. eius.

Dicuntur etiam voces restrictiuæ, l. si aduersus, C. si aduer. vendit. vt si dicendum sit, substituo filios meos masculos tãtùm, vt ostendit Ceph. conſ. 649. nu. 83. & denotant enixã voluntatem disponentis, l. Non aliter. De leg. 3. Paris. conſ. 31. nu. 27. lib. 1. Et necesſitatem
3 important, si negatiuè positæ sunt, c. 1. vbi glos. de reg. iu. in. 6. Et appositę in dispositione mandante aliquid fieri, denotant formam ità, vt eius transgresſio vitiet actum, Felin. c. Ex parte. verſ. Quintus casus.

casus. De constit. & pleno cornu Paris. cons. 19. nu. 15. cum seqq. in secundo. Rui. 92. nu. 25. li. 3. Qui de harum dictionum natura fusius cons. 36. in 1. 3. nu. 26. in 2. 86. nu. 12. li. 5. Alci. cons. 44. nu. 27. li. 9. dicens, quòd à forma, quæ ab eis inducitur, recedere non licet.

4 Illud non omitto, quòd ex dictionibus taxatiuis ius accrescendi non impeditur, Ang. Imo. l. Quoties .§. si duo .ff. De hæred. instit. Alex. cons. 162. nu. 9. li. 2. vt si dicatur, Instituo Titium in tali fundo tantùm, quia testator vr̃ se referre ad tempus præsens, & non futurum; itaut de ipsius voluntate satis nõ cõstet, vt in pagani test. requiritur, l. Quoties, .§. si duo .ff. De hæred. instit.

Adde, quòd dictio tantummodo in substitutione inserta, solum excludit alias directas: sic tradit Cur. Iun. in l. Hæreditatem. nu. 13. C. de impub. & alijs substit. Dictio verò Solum est prohibitiua, & exclusiua nõ expressorum, l. 3. C. De patr. qui fil. distrax. c. si duo. de probat. in 6. Grat. cons. 137. nu. 8. li. 2. Aemili. 39. nu. 12. Sicut & dictio, Et non aliter, quę naturam præcisam habet: adeo q̃ aliqua modificatio, & interpretatio à verbis separata non admittitur, glos. & Bal. in l. si quidem. C. de excep. Dec. cons. 61. Soci. 251. vers. Postremò. col. 5.

Nec silentio pręterco, quòd dictiones eiusmodi affirmatiuè positæ omnes casus excludunt præter expressos, Bar. l. 1. ff. si quis iusdic. non obtemp. Card. Clem. 1. De summa Trinit. & fi. Cath. Natt. cons. 78. nu. 3. l. 1.

Insuper notãdum, quòd eiusmodi dictiones taxatiuæ in residuo ademptionem inducunt, l. 3. §. cum Titio. ff. de alim. & cib. leg. Paul. à Cas. cons. 338.

5 nu. 10. li. 1. dicens, quòd, qui maiorem quantitatem legauit in vna scriptura, in alia minorem; videtur à maiori recedere, l. libertis. ff. de alim. & cib. legat.

Et insuper ex ijs dictionibus restrictiuis prohibita est extensio de casu ad casum, Cyn. Bal. Auth. Quas actiones. C. De sa. sanc. Eccle. Thom. Doccius cons. 21. nu. 4.

¶ E contrario, E contra, Per cõtrariũ, E conuerso, } Præsupponũt cõtradictionẽ cum pręcedẽtibus, glos. l. Duobus .§. fi. ver. è contrario. ff. De iureiur. Et significant contradictionem in casibus, nõ autem conuersionem ordinis: & quãdoq; significat effectuũ contradictionẽ, l. 2. §. si sub cõditione .ff. Pro empt. & dictio per contrarium aliquando denotat conuersionem ordinis. l. Iulianus .§. Per contrarium.

De

De act. emp. Et propria significatio est, quæ datur à glos. de l. Duobus. Et quia hæ dictiones plerunq; vna pro alia ponuntur, attenditur subiecta materia, glos. in l. causa .ff. De cond. & demon, Io. Bolog. l.3. §. è contrario. nu. 21. & 34. ff. de acquir. possess.

SVMMARIVM
Dict. Aequè.

1 *Frater, & filij fratris si æquè instituantur, quilibet eorum in virilem admittitur, aliàs secus.*
2 *Potestas cum officialibus si condennentur in centum, ille dimidiam, alij residuum soluere tenentur.*

¶ AEquè, distributiua dictio est, & ideò si instituti sint filij fratris, & Titius æquè, quilibet eorum in virilem ad-
1 mittitur, ac si omnes nominati essent, l. Interdum. vbi Paul. à Cas. ff. De hæred. instit. & quod nomen appellatiuum præcedat, vt fusius ex Rui. cons. 97. nu. 14. li. 2. & Alci. in l. Re coniuncti. nu. mihi 60. De leg. 3. secus si distributiua non sit apposita, vt si dicendum sit, Titius & filij fratris mei hæredes sunto, quia Titius ad dimidiam,
2 & illi ad alteram dimidiam admittentur, Bar. Ias. Alci. d. l. Re coniuncti. Et si Potestas cum eius officialibus condemnatur in centum, ille dimidiam, illi aliam dimidiam soluēt, Bal. Salic. l. Quoniam .C. De appellat.

¶ Ergò & Igitur. } Ponuntur regulariter illatiuè, seu continuatiuè, l. Gallus .ff. De lib. & posth. l. Fructus .ff. sol. mat. Quandoq; tamen inceptiuè, l. Ius ciuile .ff. De iustit. & iure .§. Hoc igitur. Et apud Vergil.

Ergo ne supremis potuit vox improba verbis.
Tam dierū mandare nephas?

SVMMARIVM
Dict. Et.

1 *Mater, & filij si instituantur, ordo successiuus attenditur.*
2 *Testamentum quòd valeat iure testamenti, & codicillorum capitur disiunctiuè.*
3 *Punctus quādo habeatur loco copulæ.*
4 *Differentia inter &, & cum.*

¶ ET, Atq; Què Ac } Dictio est copulatiua, & ponitur inter diuersa: & apertam demonstrat horum, inter quæ ponitur; diuersitatem, glos. Rub. C. De iu. & fac. ignor. Tiraq. De nobilit. c. 8. & licet simul, & æqualiter coniungat, & vocet; vt scribit Soci. cons. 40. nu. 28. li. 4. in materia feudali, Natt. cons. 573. nu. 14. in. 2. tamen vbi ratio contrarium suadet, vocat ordine succesiuo Bal.

Bal. & Præpos. c. 1. De eo, qui sibi, & hæred. suis, & c. Soci. Iu. cons. 73. nu. 28. in materia feu. & 133. nu. 16. & 17. li. 1.

Secus si posita sit inter homines diuersi generis, seu lineæ; quia non vocat simul, sed ordine successiuo, l. 1. §. Sciendũ. ff. De suis, & legit. Soci. Iu. cõs. 71. nu. 30. & 133. nu. 17. li. 1. Aemil. 147.

Idem si sic suadeat mens testatoris, vel subiecta materia, vt fusius colligitur ex decis.
1 Pedemon. 82. nu. 1. & 16. in matre, & filijs institutis, vt filij ordine successiuo instituti intelligantur.

Eius natura est etiam repetere qualitates pręcedentes in sequentibus, l. Seiæ. §. Caiò. ff. De fun. instruc. & ibi glos. & Bar. Gratus. cons. 57. in 2. nu. 18. Soci. Iu. cons. 1. nu. 68. 96. & 104. nu. 10. lib. 1. Aemil. 4 nu. 3.

Et posita inter duas orationes perfectas, non facit, quin dictum in vna censeatur repetitum in altera, Soci. Iu. cons. 128. in 1.

Et si ponatur inter diuersa, stat augmentatiuè, glos. Rub. C. de iur. & fac. ignor. Grat. cons. 81. nu. 13. in. 2.

Et posita inter incompassibilia resoluitur in disiunctam, Bar. Soci. l. 1. ff. De rebus dub.
2 Soci. Iu. cons. 128. li. 1. nu. 4. in ea specie, cum testator dicit, volo, quòd testamentum valeat iure testamenti, & codicillorum, Aemil. cons. 64. nu. 12. ponitur etiam aliquando expositiuè pro idest, §. fi. Institut. De vsu, & habitat. Soci. Iu. cons. 143. nu. 23. li. 1. & tunc est, quando ponitur inter duo idem importantia: nam tunc stat declaratiuè, Bar. Ias. nu. 6. l. de quibus. ff. de leg. & vterq; eorum pleno folio in l. 1. ff. de iustit. & iu. Rui. cons. 112. li. 1. & in inuestitura Gozad. cõs. 63. & 68.

Illud non omitto, quòd copula Et, accipitur duobus modis; primo in sensu composito, vt cum dicimus, Cæsar, & Bibulus consules fuerunt; intelligitur enim simul. Item in sensu singulari, vt cum dicimus, Gregorius & Bonifacius Pontifices multas constitutiones fecerunt: intelligitur enim non simul, sed separatim: sic declarat Alci. cons. 39. nu. 19. li. 9.

Insuper aduertendum, quòd copulatiua, plerunque adijcitur ad ampliandam dispositionem, tex. & ibi Bar. in l. Ea tamen adiectio. De leg. 3.

Et posita inter tempora significat temporum continuationem, Bal. c. Inter dilectos. nu. 3. de fi. instrum.

Et quando ponitur inter plura adiectiua, non requiritur concursus, Corn. cons. 44. littera B, li. 4.

Ad-

Aduerte tamen, quòd quando ponitur in principio clausulæ, non stat copulatiuè, sed inceptiuè, seu continuatiuè, l. Et quia .ff. De iurisd. omn. Iud. Menoch. cons. 111. nu. 94. Et quando vna oratio ad alteram continuat, & sunt separatæ dispositiones, dictũ in vna, in altera repetitũ nõ dicitur, Alex. cõs. 66. nu. 6. in 3. Paris. 38. nu. 26. li. 2. Soci. Iu. 142. & 143. li. 3. Alci. 96. nu. 26. in priore impresione, Menoch. cons. 17. lib. 1.

Et nota, quòd licet dictiones coniunctiuæ, vt dictio, &, què, atq;, ac, & similes, regulariter vtriusq; concursum requirant, l. si hæredi .ff. De cond. & demon. & dixi supra; nihilominus fallit, quando ex re ipsa, vel argumento, de quo agitur, aliud iudicari, æquum est: vt quàm plurimis exemplis docet Alci. in l. Sæpè. De ver. sig. cuius dicta non transcribo, ne merus transplantator videar.

Adde, quòd soluta oratio, si de mente aliter non constet, in coniunctam resoluitur: vt puta lego fundum Titio, Mæuio,
3 Caio, d. l. sæpè. l. Triplici .ff. eo. vbi Alci. nam vbi non constat de mente, punctus loco copulæ habetur, Alci. sup.

Nec omitto, quòd si ponatur copula inter genus, & speciẽ, & primo ponatur genus, deindè species, genus præcedens restringitur ad speciẽ subsequentem, Bar. ex illo tex. in. l. Quęsitum .§. pen. ff. de fun. instruc. nam dicit ibi Bar. quòd copula ibi ponitur expositiuè, sequitur Abb. c. Sedes. De rescript. Dec. l. In toto iure .ff. De reg. iur.

Aduertendum insuper, quòd vbi copula, Et, qualitates copulat, nec expresse, vel coniecturis apparet, an copulet illas respectu diuersorum subiectorum, an eiusdem, in dubio, cum natura copulatiuè sit ampliare, l. Ea adiectio. De leg. 3. potius refertur ad diuersa subiecta, quàm ad idem, ità Ant. à Butr. & Imo. in Clem. In plerisq;. De elect. post Bar. in. l. is, qui ducenta .§. sed vtrum .ff. De reb. dub. Alex. cõs. 25. nu. 15. in 7.

Sed plerunq; ex circunstantijs, natura negocij, & pretij quantitate aliter deliberãdum, vt animaduertit Lancel. Dec. l. Omnes pop. De iustit. & iu. & moder. Parisiens. ad Alex. d. cons. 25. de quo etiam Alex. & addent. ad eum cons. 110. li. 3.

4 Differt tamen hęc coniunctio à dictione, Cùm: quia, Et, copulat æquè principaliter; Cum, coniungit accessorie, Bar. l. si cui .ff. De fundo instruc. Natt. d. cons. 573. nu. 14.

SVMMARIVM
Dict. Etiam.

1 *Credita dicitur etiam pecunia, quæ ad incer-*

incertam diem debetur.

2 *Præscriptio, quæ maioris sit virtutis immemorabilis, vel centum annorũ.*

¶ ETiam, est implicatiua tacita, diuersas species ab expressis includens, tex. in c. Tanta. De Simon. Clem. Grauis. De senten. excomm. not. Io. Andr. in c. Romana .§. contrahentes. De for. compet. li. 9. glos. c. eos. 31. distinct. Io. Andr. in c. cum illis. de pręben. li. 6. vbi vult, quòd etiam in materia stricta, & exorbitanti implicet; & includat diuersam speciem ab expressis, glos. Clem. Ad compescendas. De seques. poss. & fruc. & est tex. in l. Conuenticulam. C. De epis. & Cler. vbi Paul. à Cas. refert, quòd virtute dictæ dictionis Etiã Petrus à Luna à cessione papatus se defendit, cum Cardinales eum cedere instabant,
1 Abb. c. 1. De sede vac. Ias. l. pecuniam. in prin. ff. si cer. pet. vbi Soci. dicit, quòd pecunia, quę etiam debetur ad diem incertam, dicitur credita.

Et quandoq; hæc dictio suppletur causa euitandi absurdi, & contrarietatis, vt de dictione Maximè, in l. si aliquis .ff. De donat. cau. mor. Bero. cõs. 42. nu. 12. li. 3. Menoch. q. 49. nu. 8. De arb. iud.

Et natura huius dictionis est extendere, & implicare, quod prius dictum non erat, l. etiam. De ver. sig. Alex. cons. 117. lib. 2. Arct. 62. Ideò dicitur, quòd stat augmentatiuè, Rui. cons. 53. nu. 19. & 61. li. 2. & prius 69. li. 1. Soci. 91. Ceph. 704. li. 5. nu. 2. Et implicat casum magis dubitabilem, l. Qui se patris .C. qui admitti. l. ex falsis .C. de transac. vbi Cur. Iu. nu. 4. dicit, quòd ex eo tex. cõfunditur reg. quæ vult, quòd de natura dictionis Etiam, sit exprimere casum magis dubitabilem, & implicare casum minus dubitabilem: vt si dicatur, Etiam priuatus potest hoc facere: implicatur enim, quòd multo magis potest facere princeps, Natt. cons. 505. nu. 8. l. 3.

Et auget, quod primo non includebatur, Gemin. cons. 120. & 125. Staphil. De liter. gratiæ, & iustit. fol. mihi 122. vers. Secundo principaliter.

Adde, quòd implicantur etiã casus, in quibus non est tanta, vel diuersa ratio, Alex. cons. 231. nu. 9. li. 5. Etiam pręsupponit casum omissum, seu specialiter non expressum, esse minus dubitabilẽ, Archid. c. cum illis. De pręben. in 6. ibi, Etiã si curam animarum habeat; nam infertur, idem, si non habeat curam animarum, Bero. cons. 57. nu. 50. li. 3.

Et est repetitiua pręcedentium cùm omnibus qualitatibus; idemq; operatur, quod dictio, Et amplius, & dictio

E Vltra

Vltra, Aret. l. Is, cui bonis. De ver. oblig. Natt. conſ. 476. nu. 8. lib. 2.

Et quòd implicet caſum dubitatiorem, Nauar. in commẽt. de vſur. gloſ. 15. nu. 97.

2 Vbi quę pręſcriptio ſit maioris virtutis, immemorabilis, vel centum annorum.

Negari tamen non poteſt, quin quandoq́, abundet, & nihil operetur, gloſ. Bar. l. ſicut. ff. De hæred. inſtituend.

SVMMARIVM
Dict. Et plus.

1 Donationis neſcius donans cum clauſula, Et ſi plus valeat. modicum donare voluiſſe cenſetur.

2 Remedium l. 2. C. De reſcind. vend. datur etiam pro modico, & incerto exceſſu vltra dimidiã iuſti pretij.

3 Iudex, vbi teſtimonium dubium eſt, poteſt teſtem ad certius loquendum cogere.

¶ ET plus, ſolet quid modicum importare reſpectu eius, cui adijcitur, l. Hæc adiectio. ff. De ver. ſig. l. Et ſi poſt tres. vbi gloſ. ff. ſi quis caut. vbi Bar. refert ità dixiſſe Cy. l. cum filius, pater. De leg. 2. Alex. Iaſ. d. l. Et ſi poſt tres. Sed quid clarius, quàm tex. in d. l. Hæc adiectio? Idemq; dicendum, cum quis dicit, Minus quàm, cùm plus: quæ clauſula Plus, Minus, duabus notis nempè P. & M. ab antiquis ſcribebatur, teſte Alci. d. l. Hæc adiectio. Et plus quattuor modis dicitur; re, loco, tempore, cauſa. §. Plus peti. Inſtit. De act. Caſtr. conſ. 388. li. 1.

1 Et id propter, qui verè ęſtimationis neſcius fundum centum aureis vendit, & ſi plus valet id donare ſe aſſerit, non creditur donaſſe, niſi, cum aliquid modicũ pluris valet, Bar. l. ſi quis cùm aliter. De verb. oblig. donatio enim in magna quantitate non pręſumitur, l. Vtrum. De donat. inter virum: Florian. à Santo Pet. Diſput. 1. num. 20. Soci. Iu. conſ. 160. nu. 30. li. 2. dicens illud modicum quartam partem excedere non debere; allegat Bar. in l. ſi quis in ſuo. C. De in offic. teſt. Alci. conſ. 147. li. 5. in legato quattuor mille aureorum cum d. clauſula, Et ſi plus valet, donauit, Brachæus Turon. d. l. Hæc adiectio. ſentit. de ſexta parte: ſed Menoch. caſu. 145. li. 2. hoc iudicis arb. reliquit.

Et ideò, qui vltra dimidiam iuſti pretij ſe deceptum aſſerit, & rem venditam duplo, pluriſq; valere probauerit, contractum reſcindet; quia quicquid
2 illud eſt, quod dimidium excedit, tametſi modicum, & incertum, ſufficit, l. 2. De reſcind. vend. vbi Bal. in repet. num. 12. & Sali. & Alex. d. l. Et

ſi poſt

si post tres. Ias. l. cum furti. De in lit. iur. Alci. d. l. Hęc adiectio. qui in testimonijs eiusmodi adiectioné nullius effectus esse contendit, quoties de certa quantitate testes affirmare debent: potest tamen ijs casibus Iudex testem interrogare, vt
3 certius testimoniũ perhibeat, & de qua summa senserit, declaret; Alci. sup. Cætera ad hanc rem pertinétia, docet Menoch. casu 47. li. 2. De arbi. iudi. & ante ipsum Couar. li. 2. Var. resoluto. c. 3. de testibus dicentibus, rem valere 20. & plus in remedio. d. l. 2.

¶ Et similiter, dictiones iunctæ æqualitatem ostendunt cum casibus pręcedétium substitutionum, & alijs, §. Hinc nobis. Auth. De mona. §. Veniens. Auth. de nupt. Menoch. cons. 124. li. 2. dixi infra in dictione Similiter, & Similia.

¶ Et si, aduersatur pręcedentibus in facto, retentis eisdem qualitatibus, ità Bero. cons. 141. nu. 12. li. 3. & ponitur pro Quãuis, c. Dudum. de pręben. in. 6.

¶ Euidentissime, importat idé, quod notorium, quando ad affirmatiuum actum refertur, secus si ad negatiuum, l. si constante. vbi Bar. sol. matr. l. si verò. §. qui pro rei. vbi Alex. in princ. ff. qui satis. cogant.

SVMMARIVM dict. Ex.

1 Nepotes quando veniant filiorum appellatione, cùm in aliqua dispositione filiorum ex se natorum fit mentio.

2 Differentia inter ex, & ob.

¶ EX, denotat causam immediatam, & proximam, non remotam, l. eo tempore. ff. De pecul. l. 1. §. Ex incendio. vbi Bar. ff. de incend. rui. & naufr. & in l. Non dubium. C. de leg. & in l. Ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. & in. l. liberorum. ff.
1 De verb. sig. vbi quærit, an nepotes veniant filiorum appellatione, quando in aliqua dispositione fit mentio de filijs ex se natis, Alex. l. Diuortio. §. si vir. nu. 6. sol. matr. Dec. rubr. de constit. nu. 11. lect. 1. Ceph. cons 130. nu. 4. & 379. nu. 33. li. 3. Ias. cons. 7. nu. 10. in 1. dicit hanc præpositionem facere immediationé, Menoch. cons. 124. nu. 99. in 2. Bertr. cons. 4. nu. 29. li. 2.

Quãdoq; denotat etiam causam remotam, vt ex Rui. cons. 109. nu. 8. in 1. & ad hanc dictionem videto, quæ dixi sup. in præpositione De. sic fauore legati, & testamenti dicebat Thom. Doccius cõs. 123. nu. 2.

2 Adde, quòd est differentia inter dictionem Ex, & Ob, & Propter: quia Ex, causam propinquam denotat; Ob, & Propter,

pter, remotam, Bar. l. liberorum. De ver. sig. Castrens. l. 1. nu. 5. C. si seruus extero. & d. l. Non dubium. nu. 11. Abb. c. Qualiter. nu. 5. De elect. Soci. l. vnica. nu. 80. C. De senten. quę pro eo, quod interest.

¶ Extrà, & } Sibi ex diametro
¶ Infra, } aduersantur, l. 1.
§. sine autẽ. ff. De aqua quotid. & æstiua. ibi, Siue autem intrà Vrbem sit aqua, siue extrà, huic interdicto locus erit, & apud Horat. Epist. li. 1.

Illiados intrà muros pugnatur, & extrà.

Et est Præpositio ad locum pertinens, l. fi. ff. De iurisd. omn. iud. de qua Alci. cons. 1. nu. 11. li. 2.

SVMMARIVM
Dict. Ex nunc.

1 *Sententia, nisi Titius intra tot dies satisfecerit, ex nunc, prout ex tunc eum excommunicamus, an valeat.*

2 *Constituti clausula quando post constituentis mortem translationem possessionis operetur.*

¶ EX nunc, prout ex tunc, operantur, vt vnum tempus alteri inesse videatur, & quòd ex quolibet tempore dici possit actum initium sumere, Angel. Imol. Alex. addens ad eum l. Huiusmodi. De verb. obli. & dicit Bal. in c. 1. de mil. vasal. quòd vox Ex nunc, significat actum verbi prolati, & dictio Ex tunc effectũ actus in futurũ tempus collatum; & in d. l. Huiusmodi. quòd dictio ex nunc operatur, vt omnis conditio retrofingatur, & quòd præsens ad futurum trahatur, Alex. cons. 111. nu. 27. li. 2. Paris. 19. nu. 120. in. 2.

Zas. d. l. Huiusmodi. appellat has dictiones reflexas: quia terminum ad quem iungunt ad terminum à quo, & vicissim terminum a quo connectunt termino ad quem: terminus a quo est dies contractus: terminus ad quem existentia conditionis; ijs verbis vtuntur Iudi-
1 ces, dicentes, Nisi satis fecerit, Ex nunc, prout Ex tunc, eum excommunicamus.

2 Adde, quòd licet cõstitutum, post constituentis mortem collatum, possessionis translationem non operetur, l. cùm hæredes. ff. De acq. poss. si tamen se possidere constituens ijs vocibus vtatur, videlicet, Ex nunc, prout Ex tunc, & è cõtrario, possessio transfertur, Alex. cons. 83. li. 3. Ias. 147. in 2. Rip. l. 1. ff. De pigno. Negus. de pig. 2. par. mem. 2. nu. 4. nec mirum, quia dispositio, in qua hę dictiones ponuntur, eorum virtute retròtrahitur ad tempus actus, glos. Ang. l. 1. C. De codicill.

Contrarium tamen pleriq;, quos refert Tiraq. De constit.

3. par.

3. par. 2. limit. nu. 15. cùm seq. allegans Grat. conf. 75. li. 2. & remittens se ad ea, quę dixit De retrac. tit. 2. §. 2. glos. 11. nu. 87.

SVMMARIVM
Dict. Ex proposito.

1 *Animus occidendi quando præsumatur.*
2 *Animus occidendi an præsumatur ex percussione cum baculo in capite.*
3 *Vulnera in capite vt plurimum mortalia.*
4 *Percussio, etiam modica, in capite lethum afferre solet.*
5 *Ioseph Mascardus in reprehendendo Vulpellum hallucinatus.*

¶ EX proposito dr̃ delictum fieri, quando quis præuia animi deliberatione aliquem aggreditur, vulnerat, vel occidit: vt adnotant criminalistę omnes; & ex modernis Carer. in l. obseruare .§. Homicidij. nu. 31. Clar. in praxi. §. Homicidium. vers. Ex proposito. & Menoch. li. 2. de arbitr. Iud. casu. 361. qui speciem hanc
1 multis exemplis exornat: quibus ostenditnr, quando occidendi animus, & deliberatio præsumatur: super quo etiam ipse olim liberum responsum
2 dedi, nempè conf. 126. incip. Orta rixa. vbi dixi, percutientem baculo in capite, vndè mors secuta sit, de homicidio teneri, & occidendi animum habuisse pręsumi ratione loci, vbi percussio facta est, vz in capite: vbi vulnera lethalia iudicari solent. Ioseph Mascardus, trac. De probat. §. Homicidium. li. 2. nu. 15. meum responsum collaudat: verum cõtrariam sententiam amplectitur tanquàm æquiorem: & quã ad rei salutem tendat: dicens in eiusmodi opinione me neminem habere municipem, 13 in limitationibus à me vix tantum, quantum latus est vnguis, recedat. Ego, qui soli veritati addictus sum, & qui nullo amicitiæ, cuius ipse comminiscitur, moueor nexu; adhuc in eodem voto persisto: capitis enim vulnera vt plurimum sũt
3 mortalia: quia continet nobilem cerebri substantiam: quod à spiritu animali generatur: & principalius est in generatione, vt ait Hippocr. li. De natu. fœtus. & in prin. libri, De vulnerib. capitis. vbi dicit, quòd nullum capitis, etiam leue, vulnus contemni debet: sæpè enim cutis sola contusa ferro, aut aliqua re, si non diligenter curetur, ægroto maximum adfert periculum: quod & li. 6. Aphoris. 18. confirmat, & li. 2. prænotionum. c. 2. dicens porrò, ex capitis vulneribus lethalissima sunt, quę cerebrum pertingunt: & pręsertim si iuxta iuncturam fiant: fit

enim

enim sæpe, quod percusso capite, à re, vt plurimum contundenti; vt cranium findatur, & non cutis, sic verbis formalibus scribit Auicen. li. 4. sent. 5. trac. c. 1. de fract. cranij. Vndè, qui animo deliberato super caput percutit, credere debet, mortem inde facile secuturam; vt vltrà medicorum authoritatem docuit nos Pontifex in c. significasti. 2. De homic. dum dicitur ibi, Tamen ra-
4 tione partis, in qua percussus fuit, idest in capite, in quo pro modico ictu quis lethaliter lædi solet: quod etiam sensit Bar. in l. 1. §. Diuus .ff. Ad l. Cornel. de sicar. dum distinguendo dicit, an cum baculo, vel lancea: & si cum lancea, an cũ ferro, vel hasta: & si cum baculo, an capite, vel alia corporis parte; quasi dicere velit, quòd percutiens in qualibet alia parte cum baculo, non pręsumatur occidendi animum habuisse ex armorum qualitate, pręterquàm in capite, ratione loci, vbi percusiones mortales esse solent. Idemq; sentit Soci. cons. 168. in prin. l. 2. & Carer. §. Homicidij. nu. 31. 13 referat, aliquos tenere contrarium, dicens, quòd si aliter sentiremus, daretur nouus occidendi modus absq; pœna corporali, nempè occidendo cum bastone, & inde dicendo, ex armorum genere occidendi ani-
5 mum non præsumi. Itaq; mea opinio & rationibus, & peritorum authoritatibus, ac pontificio decreto fulcita est.

F.

Ferè, ponitur comparatiuè, l. Magis .ff. de reb. cred. Quandoq; electiuè, l. Etsi fortè .§. Hæc actio .ff. De seruit. vend. l. 1. §. fin. C. Commu. diuid.

¶ Forsan, est dictio dubitatiua, & nihil affirmat in facto, l. In substitutione .ff. De vulg. & pup. Alci. cons. 24. li. 1. ex 2. impress.

Et ponitur assertoriè, c. 3. De stat. monach. Vnde vulgò dicitur,

Sub dubio, forsan respondent sæpè periti.

SVMMARIVM Dict. Forte.

1 *Testi deponenti per verbum, Credo, Ni fallor, & Fortè, an detur fides.*

2 *Doctor consulens per verbum Forte, an dubitatiue, vel assertiue loqui videatur.*

¶ Forte, & Fortasse, } Idem de dictione Forte, & Fortasse, quæ significat dubitationem facti, non iuris, nec ex ea fit restrictio ad casum expressum. Rui. cons. 170. & 183. li. 2. Et prolata in sententia videtur afferre affirmationem, Alex. d. l. in substitutione. nu. 5. & idem

& idẽ, per verbũ Credo, gloſ. l. diem proferre. §. ſi pluris. C. de arb. & in teſte dicente vera, quę depoſui, Ni fallor, Caſtr. l.
1 1. ver. ni fallar. de iuſtit. & iu. Igneus l. ſi ſequens. §. cùm ex parte. nu. 2. ff. ad Syllan. Barb. conſ. 13. nu. 10. li. 1. & 15. li. 3. col. 2. Mantua c. ſuper literis. nu. 28. de reſcrip. Aduerte tamen, quia dictum teſtis debet eſſe certum; nec deſunt, qui contrarium adſeuerent, nec excludit omnes caſus, Pariſ. conſ. 29. nu. 18. li 2.

Et quòd quandoq; ſit nota aſſertionis, & non dubitationis, allegatur c. tuæ. De procur. c. Admonere. 33. q. 2. Guil. ad Spec. tit. de diſput. & alleg. §. poſt hoc. nu. 8. Abb. c. ex parte. nu. 3. de celeb. miſſ.

Et dicit Iaſ. in §. æque nu. 25. Inſtitut. De action. quòd vbicunq; lex, vel ſtatutum vtitur hac dictione, debet intelligi, vt idem velit diſponere in caſu, in quo non eſt appoſita; alleg. Clem. 1. cum gloſ. in verb. Fortè. De appell.

2 Et in doctore reſpondente per dictionem Fortè, vt aſſertiuè, & non dubitatiuè loqui videatur, Ang. l. in ſubſtitutione. ex eo tex. ff. de vulg. Soci. conſ. 93. li. 1. Pariſ. 29. nu. 105. in. 2. Menoch. 25. nu. 14. li. 1.

SVMMARIVM
Dict. Fruſtra.

1 *Improprietates ſunt fugiendæ.*

¶ FRuſtra, denotat nullitatem actus ipſo iure, Iul. Pau. li. 4. recept. ſenten. tit. de inoffic. quer. in prin. Bar. l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & dixit Abb. in c. Veniens. nu. 24. de accuſ. quòd de proprietate huius dictionis eſt denotare quandam anihilationem, & actus nullitatem: fatetur tamen, quòd quandoq; impropriè accipitur, c. quia fruſtrà.
1 de vſur. ſed quòd eiuſmodi improprietates ſunt fugiendæ, c. ex parte. de ver. ſign. de qua dictione multa Feli. c. Roduiphus. col. 20. ver. Fruſtrà. de reſcrip. Alci. in. l. verbis ciuilibus verb. Fruſtra. de vulg. declarat hanc dictionem, ideſt nullo effectu.

Adde, quòd dictio Fruſtrà, poteſt etiam ſtare, vbi actus exceptionis ope venit infringendus, l. 1. C. de non numer. pecu. Ang. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. Alex. l. ſi tibi decem. §. de pignore. nu. 8. ff. de pact.

H.

¶ HActenus, continuationem ſignificat, de qua videnda eſt dictio Adhuc.

¶ Hæc, eſt dictio demonſtratiua, & demonſtrat pręſentia, & quę ocu-

oculis videntur, Bar. l. 1. ff. de ope. no. nunc. Zas. l. si stipul. fuero. in princ. ff. de verb. oblig. & in l. huiusmodi. 2. nu. 5. eo tit.

Imo, etiam est demonstratiua ad oculos intellectus, l. 1. vbi Castren. nu. 1. ff. de pact.

SVMMARIVM
Dict. Hinc.

1 *Promittens hinc ad annum dare centum, an excludat promissionis diem.*

¶ HInc, non excludit diem, qua celebratur instrũm. Et computatur tempus à momento ad momentum, vt putà, Si promitto hinc ad annum dare centum, Bar. Bal. Ang. l. 1. ff. si quis caut. Alex. cons. 56. li. 6.

SVMMARIVM
Dict. Hoc amplius.

1 *Legatum vxori factum vltra dotem, an compensandi animo factum censeatur.*
2 *Legatum si factum sit sub conditione, & inde dictum sit, lego domum, an ea conditio repetita intelligatur.*

¶ HOc amplius, est repetitiua præcedentium, vt dictiones, Vltra, Præter, & Sup. de quibus infrà: quæ aliquid noui inducit, l. Qui dotem. ibi Hoc amplius denarios decem. De dot. præleg. l. legata inutiliter. de leg. 1. Corn. cons. 13. in 1. Dec. 190. Paris.
1 25. nu. 8. & 9. in 2. in legato facto vxori vltra dotem, vt vtrunq; debeatur: nec censeatur factum animo compensandi, Alci. cons. 62. nu. 3. li. 9. Florianus l. si seruus .§. si ita scriptum. De lega. 1. supra ver. Amplius.

Et hoc verum etiam, si oratio sequens esset perfecta, l. si tibi purè. vbi Bar. de leg. 3. Aemil. cons. 49. nu. 3.

Et non solum repetit substantiam præcedentis legati, sed etiam qualitates, vt si le-
2 gaui fundum sub conditione, & postea dicam, Hoc amplius lego domum: quia conditio repetita censetur, Castr. d. l. legata. vbi facit differentiam, an dicatur, Hoc amplius, vel Amplius, sine hoc: in quo tamen amplius deliberandum.

Certum est, quòd est eiusdem rei demonstratiua, l. Hoc articulo .ff. de hæred. instit. Flor. à Santo Petro, l. si seruus.§. si ita scriptum. nu. 6. de leg. 1.

SVMMARIVM
Dict. Hodiè.

1 *Dies solutioni adiecta quando solutionem differat, ità vt expectanda sit dies finis.*

Hodie

¶ HOdiè, dictio non differt solutionem, sed repræsentat actionem, idest facultatem agendi, idemq; est hodie dabis, quod in præsens dabis, arg. l. talis scriptura. in ver. Quamuis. de leg.1.Et quamuis regulariter dies adiecta solutionem differat, ita vt expectanda sit diei finis, l. qui hoc anno. de ver. oblig. tamen dictio Hodie, nullam tribuit dilationem, text. in l. liber homo .§. decem. Vbi Zas. sic declarat, cod. titulo.

¶ Huiusmodi repetit omnia comprehensa in præcedentib. cum eius qualitatibus: glos. in c. Abbate. de elect. in 6. Corn. cons. 182. in 2. Paris. 52. nu. 32. li. 3. & 40. nu. 8. in 4. & denotat similitudinem ad casus positionem, l. deniq;. ff. de pignor. Cassan. cons. 63.

I

¶ IDcircò, ostendit causam: eiusq; natura est, vt casualiter ponatur, Bar. l. demonstratio falsa .§. quod autem. vers. idem puto .ff. de condit. & demonstr.

S V M M A R I V M

Dict. Idem.

1 *Notarius, si postquàm primum testem examinauit, in examine secundo scribat, Talis cũ iuramento examinatus dixit, prout primus, an reddat eius testimonium inefficax.*

2 *Testes, si ijsdem formalibus verbis loquantur, an dent subornationis indicium.*

3 *Testis, quando se refert ad testimonium alterius, an falsi suspectus sit.*

4 *Legatum an ademptum censeatur, si dictum sit, Quod Titio legaui, idem Sempronio do, lego.*

¶ IDem, est dictio repetitiua præcedentium, l. idem .ff. mand. Paris. cons. 16. nu. 44. li. 3. & varia determinatione intelligitur iuxtam subiectam materiam, Zas. l. quæsitum .§. In bonis .ff. de priuil.creditor.

Et non solum significat factũ, sed etiam ius, l. cum ij.§.si vni. ff. de transact. Bal. l. verbum volo.C.de fideicomm.vbi quærit, an valeat dictum secundi testis, cũ Notarius, postquàm
1 scripsit de verbo ad verbum testimonium primi, dixit, Talis testis idem deposuit,& videtur se referre ad illud, Guiliel. in spec. ti. De teste .§. Nunc tractandum. vers. cautiorem. qui nu. 8. dicit id dictum non valere, tanquàm per vnum, & eundem sermoné prolatum: quod & apertius explicat diuus Adrian. epistola ad Iunium Var-
2 ronem, de qua in l. 3.§. idemq;. ff. de testib. in teste, qui per vnum, eundenq;, & præmeditatum sermonem locutus est: tunc enim subornationis oritur suspitio: & eiusmodi dictum non valere docet Ang.

 l. si

l. si quis ex argentarijs. §. 1. nu. 5. ff. De eden. Salic. l. iusiurandi. nu. 9. C. de test. Idemq; sentire videtur Guiliel. eod. tit. §. 1. nu. 81.

Socin. cons. 254. in 2. dicit, quòd eiusmodi testibus de fide imminuitur, non autem, quòd nulla eis sit præstanda fides, & cons. 274. eod. lib. quòd non sunt omni exceptione maiores.

Aduertendum, quia multoties hoc notariorum culpa cótingit, qui ad alleuiandum sibi laborem, audito teste, qui in substantia cum priore concordat, ità scribit, & postea in copiarum traditione dictum secundi testis, prout primi, extendit: & tunc ego minus fidei non adhiberem: quia culpa est notarij, nó testis: qui notarius reprehensione dignus est, sibiq; mandari debet, vt extensè scribat, vt ait Bal. l. fi. §. in refutatorijs. C. de appell. aut igitur testis, qui scit Titium super eodem examinatum pluries, interrogatus negat expli-
3 citè deponere: sed refert se ad ea, quæ Titius testificatus est, & tunc nedum sibi non crederem: sed tanquàm falsi suspectum carceribus mancip arem; & eius relationis causam penitus sciscitarer. Aut testis super facto interrogatus, deponit ijsdem formalibus verbis, quibus socius, ac si eandem cantilenam præcogitassent, & memoriæ tradidissent, & tunc de subornatione suspicarer: quam si detegere non possem, eis tanquàm suspectis minorem fidem præstarem. Et hoc, nisi essemus in causis, in quibus testes de formalibus verbis interrogandi forent.

Est repetitiua quoq; omnium qualitatum, Rui. cons. 3. in 3. Et significat eandem iuris censuram, l. de diuisione. ff. sol. mat. Ceph. cons. 256. nu. 41. li. 2. Et habet inclusam copulam. Et auget quasi ad genus, non vt ad speciem nominatam referatur: sic declarat Io. Bolog. in l. Re coniuncti. nu. 80.
4 de leg. 3. in quæstione, Quod Titio legaui, idem Sempronio do, lego, vt legati ademptio facta non censeatur.

SVMMARIVM
Dict. Item.

1 *Qualitas legati ad vsufructuandum, quando in seqnenti legato repetita censeatur.*

¶ DIctio Item, æquiparat casum sequentem præcedéti, vt ostendit Menoch. cons. 130. nu. 1. li. 2.

Et dicit Bal. d. l. mutuum. num. 3. si cert. pet. quòd dictio Item, dupliciter intelligitur, primo respectu speciei: 2. respectu eiusdem rei in genere, d. l. mutuum. vbi Soci. nu. 3. Paul.

Paul. à Cas. cons. 88. in 1. re-
1 spondit, quòd in legato vxori facto de ducentis florenis intelliguntur repetita verba in præcedenti legato eidem facto ad vsufructandum, quandiù vixerit, & vitam vidualem seruauerit virtute dictionis Item, quæ est repetitiua qualitatis, & conditionis pręcedentis legati; pro vt dictio Vltra, & Hoc amplius, allegat Dyn. & Bar. in l. si tibi purè. de leg. 3.

¶ Idest, est expositiua, & declaratiua pręcedentium, glos. l. si familiæ. C. Famil. ercis. Ceph. cons. 300. nu. 12. li. 2.

Et nedum declaratiua, sed quandoq; restrictiua, Aret. Ias. l. planè. §. si eadē. vltimo notabili. de leg. 1. Soci. Iun. cons. 80. nu. 10. li. 2. Ceph. 704. nu. 14. & 15. de qua etiam in dictione Scilicet.

Et modificatiue, & qualificatiuè, Alex. l. sunt, qui. nu. 6. ff. de iudic.

Et exemplificatiue, Bar. l. 1. ff. ad. l. aquil. dicens, quòd restringit, declarat, & copulat inter genus, & speciem.

¶ Igitur, ponitur illatiuè, vt illationem, seu consequentiam faciat, l. diuus. ff. de custod. reorum. l. si procurator. §. si ignorantes. vers. igitur. ff. mand. Bolog. l. Re coniuncti. nu. 60. de leg. 1.

Quandoq; etiam stat inceptiuè, l. ius ciuile. vbi glos. ff. de iustit. & iure. & dixi supra sub Dictione, Ergo.

SVMMARIVM

Dict. Imo.

1 *Sententia, qua dicitur condemno: imo absoluo, quomodo accipiatur.*

2 *Testis dictum, quòd quid accidit de mense Aprilis, imò Maij, quomodo capiatur.*

¶ IMò, sine copula, vel eo, quod pro copula habetur, corrigit, l. Stichus, imo Pamphilus
1 ff. de manumiss. testam. Vnde, si iudex dicit condemno Titiū; imo absoluo: vltimę sententiæ verbo standum est, glos. c. prędicator. 16. quæstione 1. Nec refert, quòd iudex, dicens condemno, videatur functus off. eius; ex quo eodem contextu vtrunq; verbum prolatum fuit, l. 1. C. senten. rescin. non poss. Bal. l. 1. §. quibus. nu. 7. & ibi Cast. nu. 16. C. de nouo codice compon. Et etiam est correctiua, c. innotuit. vbi glos. & Abb. nu. 1. de elec. Felin. c. nemo. de simon. Et etiā declaratiua, Ant. à But. inter lect. Abb. c. inter corporalia. nu. 17. de translat. prælat. & c. accedens. nu. 9. vt li. non cōtest.

Et quòd stet aliquando implicatiuè, aliquando correctiuè, Raph. Comen. l. 1. nu. 13. C. de no. cod. facien. Et eius effectus est, vt vltima disposi-

tio valeat, Bar l. Stichus .ff. de manumiſs. teſt. & finis principium corrigat, Bal. trac. ſchiſmatis. col. pen. quod inducitur ad teſtem, qui interrogatus de tempore, dixit, Fuiſſe de
2 menſe Aprilis, imo Maij, Soci. Iun. conſ. 87. nu. 13. li. 4.

Dicitur etiã dictio electiua, Bal. l. quidam eulogio. C. de iur. delib. & apud Terent. in Andr. Imo aliud. & additatiua Paul. à Caſt. ſupra.

¶ Improbè, eſt dictio, qua ſonat minus probè, Iul. Paul. li. 3. recep. ſenten. tit. de ſenat. conſ. §. fi. ibi Hæres ſcriptus, priuſquàm iure ordinario experiatur, in poſſeſsionem improbè mitti deſiderat. Cic. 2. offic. Quibus improbè datũ eſt.

SVMMARIVM

Dict. In.

1 *Promittens non offendere in perſonam, an in pœnam incidat, ſi verbalem iniuriam inſerat.*

2 *Inſultans armis, enſem vibrans, ſaxa proijciens, archibuſium exonerans, fugans ſi non percutiat, an promiſsioni contraueniatur.*

3 *Promittens ſoluere in menſe Ianuarij, ſat eſt, quòd ſoluat intra mẽſem.*

4 *Pœna impoſita offendenti domi, an procedat, in offendente in hoſtio.*

5 *Domus vnicuiq; tutiſſ. refugium.*

6 *Debitor an in hoſtio domus capi poſſit.*

7 *Arma haſtata, & archibuſia ſi in Eccleſia teneri ſit vetitum, an in hoſtio habere liceat.*

¶ IN, denotat intriſicitatem; l. 1. §. in flumine. vbi Bar. ff. de flumin. Grat. conſ. 52. nu. 29. li. 2. Tiraquell. De retrac. lignag. §. 1. gloſ. 11. nu. 66. dicens, quòd ire ad theatrum, ſit ire ad locum theatro proximum: in theatrum verò, ſit
1 theatrum intrare. Vnde in dictione Vrbinẽſi quęſtionis fuit, an qui promiſit non offendere in perſonam, contraueniſſe dicatur, qui verbalem iniuriam
2 intulit, vel qui cum armis inſultauit, fugauit, enſe admenauit, ſaxa, iaculum proiecit, vel archibuſium exonerauit: ſed non percuſsit. Et reſpondi, idq; ſeruatum ſcio; promiſsioni contrauentum non fuiſſe ex Bar. Rub. ſol. matr. & breuib. ex ijs, quæ pleniore folio ſcripſi in tract. De pace, & promiſſ. de non offendendo, Q. 51. ea pręcipuè ratione, quòd dictio illa, In, corporis inhærentiam, tactum, vel intriſicitatem requirat.

Quæ vox iuncta accuſatiuo eiuſdem eſt ſignificationis, quę dictio Intra, Tiraquell. ſup. nu. 74. Et capitur pro vſq;, vt ſi fieri promittatur aliquid in diem, interpretemur i. vſq; ad diem, Alci. l. ſi quis ſic dixerit. de verb. ſig. vt apud Virg. li. 9. Aeneid.

Aequaſſet docti ludum, in lucenq; tuliſſet.

Et iuncta nomini ſignificanti tem-

tempus, & in ablatiuo, accipi-
3 tur pro intra: & ideò, si quis promittat soluere in mẽse Nouembris, sat est, quòd soluat intra mensem, l. 1. §. quibus. ff. de success. edicto. Rui. cons. 84. & 114. li. 1. Ceph. 420. nu. 36. in 3. si verò cum accusatiuo, significat post tempus, l. si in annos. & l. Non putabam. ff. de cond. & demon. Bar. l. Gallus. §. ille casus. nu. 3. ff. de lib. & posth. Et tempus perfectum, Bar. l. si cui legetur. de leg. 1. Ias. l. qui Romæ. nu. 52. de verb. oblig.

Et quando dispositio suspenditur in aliquem incertum euẽtum futurum, denotat conditionem, Rui. cons. 115. li. 3.

Est etiam quandoq; distributiua, vt docet Menoch. cons. 124. nu 55. li. 2.

Quandoq; autem auget, vt si addatur adiectiuo, d. §. ille casus. l. si quis in graui. ff. ad syllan. Aliquando abnegat significationem adiectiui, & efficitur terminus priuatiuus, vt intestabilis, intestatus, inhabilis, inutilis, l. 1. ff. de suis, & legit. Odofr. l. cum fundus. §. seruum. nu. 7. si cer. pet.

Quod si ponatur cum ablatiuo, significat intus esse in loco, vel re, vel domi: si autem cum accusatiuo, significat accessionem, seu cohęrentiam, vt dixi supra, & in dictione Ad, Io. Bolog. post Bal. in rubr. sol. mat.
4 nu. 66. infert hoc ad quæstionem statuti maiorem pœnam imponentis ei, qui vulnerauit Titium in domo, an procedat in offendente in hostio, allegat Bal. ibi pro affirmatiua: ꝓ quo glos. in c. cum sanctam. De pœniten. distinct. 2. sed contrariũ Gemin. c. 1. de celebrat. miss. in. 6 Felin. c. Rodulphus. de rescrip. Rip. d. rub. sol. matr. & post eum Bolog. d. nu. 66. quia est maius delictum
5 offẽdere domi, quàm in hostio, quæ vnicuiq; tutissimum refugium esse debet, vulg. l. pleriq;. quæ sententia & verior, & æquior videtur, vt dixi in allegata dictione Ad. & plurib. exemplis probat Petrus a Pet. Placentinus ob probitatem eius mihi admodũ amicus, tract. de fideic. Q. 12. nu. 824.
6 Idemq; si quis debitor in hostio domus caperetur: quia, si intra clausuram domus, captura esset nulla, d. l. pleriq;. Gemin. Bolog. sup. & ità seruari vidi, etiam vrgẽte edicto, prout in ditione Serenissimi Ducis
7 Vrbini, quòd arma hastata, & archibusia in Ecclesijs teneri non possint: sed extra ecclesiam dimitti.

Ponitur etiam ea dictio, pro Non, Bar. l. Gallus. §. ille casus. de lib. & posth. Ang. de Gambil. cons. 108. nu. 2.

Cætera autem, quæ ad hanc dictionem pertinent, requirẽda sunt

sunt ab Abb. Alex. l. Gallus. §. ille casus. nu. 15. ff. de lib. & posth. & à Petro à Petra sup. quia harum dictionum vim in hoc tractatu, satis est summis labijs degustare, & communes locos indicare.

SVMMARIVM
Dict. Incontinenti.

1 *Testis quando eius testimonium corrigere possit.*

2 *Testis, quãdo ipsius dictum emendare vult, an de errore docere debeat.*

3 *Testi, quod cum parte non sit locutus, an iuramento credatur.*

4 *Testis correctio, emendatio, vel declaratio, antequàm admittatur, quomodo Iudex se gerere debeat.*

5 *Actus quando propriè incontinenti factus dicatur.*

Incõtinẽti, Illico, Statim, Mox, Pluribꝰ modis capiunť, nẽpe, quia si in actu instantaneo ponãtur, pro instanti capiũtur, sed vbi temporis spacium requiritur, statur iudicis arbitrio: & id tempus inspicitur, quod negocij natura, vel qualitas expostulat, l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. Bald. c. quia propter. nu. 47. de elect. & personę, qualitate attenta, etiam si fiat post aliquos annos, Imo. Raph. Aret. Soci. l. 1. §. 1 de verb. oblig. Alci. cons. 7. nu. 17. li. 6.

Inde est, vt incontinenti fecisse dicatur, qui à possessione deiectus, conuocatis amicis, eam recuperat, l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi arm. Bal. d. c. quia propter. Aemil. cons. 2. nu. 55. 58. & 59. omnino videndus.

Et quando refertur ad actum executiuum, importat magnũ, vel paruum temporis interuallum iudicis arbitrio, l. Quod dicimus. ff. De solut. Abb. Feli. c. pręterea. de test. cog. Abb. c. quia propter. nu. 17. de elect. vbi plena extat additio. Aym. cons. 156. nu. 17. Ceph. 221. nu. 16. li. 2. & de dictione statim, Ceph. cons. 710. nu. 24. cùm seq. Soci. l. diuortio. nu. 14. sol. mat. dicens, quòd significat temporis interuallũ iuxtà subiectam materiam; & de ijs omnibus Abb. c. an sit. nu. 8. de appell. & c. 1. nu. 15. de mut. petit.

Et quãdoq; intra decẽdium, glos. l. ab eo. C. quomodo, & quando Iud. vbi Bal. nu. 1.

Et quandoq; vnius mensis, l. diuortio. vbi Alex. nu. 10. sol. matr.

Vt plurimum autẽ intra tres dies, l. omnes. 139. C. Theodos. de decur. l. fi. §. illico. vbi Ias. C. de iud. & in l. lecta. nu. 19. si cer. pet. vbi Bal. magistraliter loquens, & tandem concludit, has dictiones diuersis modis accipi, prout ad diuersa referun-

feruntur.

Et quia testis incontinenti dictum eius corrigere potest, glos. in §. quia verò. in Auth. de test. Bal. Abb. Felin. in c. prtęerea. de test. cog. incon-
1 tinenti interpretantur, antequàm ab examinatore recedat, Bald. l. lecta. vers. vltimo nota: vel cum parte non fuerit locutus, Abb. sup. nu. 12. Grám. consi. ciuil. 79. nu. 4. Capic. decis. 61. Et quòd si dixit mendacium, possit corrigere dictum eius, antequàm cum parte loquatur; in examine informatiuo, tradunt Bar. Ang. Alber. in l. si postulauerit. §. sed si negauerit. ff. de adult. Brun. trac. de indit. Q. 4. nu. 16.

2 Et quòd testis veniens incótinenti, de errore docere non teneatur, nec pœna aliqua puniri possit, scribit Soarez. trac. commun. opin. ver. Testis. nu. 232. Bonacos. trac. crimin. ver. Testis.

3 Quòd autem testis cum parte non sit locutus, eius iuramento credendum est, nisi contrarium è diuerso probetur, Bal. d. c. pręterea. nec dissentit Feli. ibi.

Aduertendum tamen, ne in eiusmodi errore corrigendo, emendando, ac testimonio prius prolato Iudex nimis sit facilis: debet enim diligenter a teste sciscitari erroris causam: & nisi sat probabilis sit, eum repellere: & si qua aduersus eum subornationis suspicio insurgat, ad vlteriora procedere, vt sétiút Capic. decis. 142. Tind. de test. c. 4. Gramm. decis. 61. Boss. tit. de tort. nú. 23.

¶ Hac in specie mihi non displicet opi. Hostien. quam refert
4 Abb. d. c. prętere a. nu. 12. dicens sibi satis placere, nempè hoc est arbitrarium Iudici, cósiderata personæ qualitate, quantitate interualli ab examine ad correctionem, colloquio partium, & alijs circunstantijs: ex quibus Iudex quandoq; correctionem admittet, quandoq; non.

5 Et dicit Bal. in l. petens. C. de pac. quòd ille actus verè incontinenti factus dicitur, qui fit eodem loco, & coram ijsdem testibus. Aduerte tamen, quòd quando eiusmodi dictiones sút geminatæ, vt si dicatur Mox, & incontinenti fiat, tunc non admittitur aliquod interuallum, Soci. cons. 53. Rip. l. 1. §. qui pręsens. nu. 20. de verb. obligat.

Et quomodo hæc dictio accipiatur in quacúq; materia, docet Menoch. casu. 9. 10. 11. 12. & 13. & quòd iudicis arbitrio omnia sint committenda, Aym. cons. 156. ex doctrina Ang. in l. Ventri. §. fi. ff. de ijs, quæ in fraud. credit. Alci. l. post contractum. nu. 35. ff. de donat. in præsumptione fraudis, quæ ex actu

actu incontinenti gesto colligitur.

¶ Indistinctè, idem est dicere, ac omni casu, Bal. l. pactum, quod dotali. Q. 2. De collat. Ceph. consi. 334. nu. 41. li. 3.

SVMMARIVM
Dict. Infrà.

1 *Pubes non dicitur, qui adhuc est infra annos discretionis constitutus.*

2 *Statuta punientia quædam delicta commissa infrà triginta annos, an comprehendant eos, qui sunt in trigesimo anno.*

¶ INfrà, inclusiuè ponitur, l. in venditione .ff. de act. empt. Institut. de grad. in princ. Et quando iungitur certo tempori, denotat imperfectionem:
1 & ideò dicitur infrà annos discretionis constitutus, qui adhuc non est pubes, Abb. c. cum virum. de regular. nu. 2.

Et dicitur, quis infra subdiaconatum, quando adhuc non est promotus ad subdiaconatum, c. si quis clericorum. de cler. cõiug. quod inducit Abb. ibi nu. 3. ad statuta punientia certa delicta cõmissa infra tri-
2 ginta annos, vt non comprehendant eos, qui sunt in trigesimo anno: cùm statutum sit pœnale, licet contrarium dicat de proprietate verbi: in quo amplius deliberandum.

Et iuncta tempori inducit diminutionem, & imperfectionem temporis. Vndè puella dicitur infrà annos pubertatis constituta, quando adhuc ad pubertatem nõ peruenit, Abb. c. ex parte. nu. 3. de restit. spol. & idem de dictione Circa, vel Circiter. Et regulariter habet relationem ad sequentia, Bar. l. qui liberis .§. hæc verba. ff. de vulg. & pub. Paris. cons. 93. li. 1. Rol. 34. nu. 27. li. 3.

SVMMARIVM
Dict. Intra.

1 *Dictiones Intra, & Infra, in quo differant.*

¶ INtra, includit, l. 1. C. vt intra cer. tẽpus ciuiles quæstion. terminentur. l. intrà ff. de appell. sed confunditur hæc dictio cum dictione Infrà, vt iudex dedit terminum ad soluendum infrà decem dies: item Titius promisit soluere Infra 10. dies: non animaduertendo, quòd ea vox Vltra 10. dies extenditur: & sicut dictioni Vltra opposita est Extrà, prout supra sub dictione Extrà: ita dictioni Infra opponitur vox Supra, l. peregrè .ff. de acquir. poss. quæ inclusiuè ponitur, l. fi. §. 1. ff. de iurisd. omn. iud. habemus duas leges incipiẽtes. Si intrà .C. de temp. in integ. resti. prior excludit: sequens inclusiuè ponitur, Fulg. ibi. Et na-

natura huius dictionis Intrà, est comprehendere etiam vltimam diem, Imol. c. pia. Ver. computatis. de excep. & ideò, qui probauit, vel produxit aliquid vltra diem decem dierum, intra quos probare, vel producere tenebatur; termino satisfecisse dicetur, Oldr. cons. 49. Tiraquell. tit. De retrac. lignag. glos. 11. nu. 73.

Denotatq; intrinsicitatem eius, cui apponitur, Abb. c. 1. nu. 2. de author. & vsu pallij.

Et sui natura nō denotat pfectionē, l. si intrà. ff. de pac. Alex. l. si cui legetur. nu. 6. de leg. 1.

SVMMARIVM
Dict. In infinitum.

1 *Promissio de retrouendendo in perpetuum quid operetur.*
2 *Geminatio ostendit enixam partium, vel disponentis voluntatem.*
3 *Filij in conditione positi quando vocati censeantur.*
4 *Ordo successiuus quando in prohibitione alienationis seruandus.*
5 *Legatum de dando certum quid Ecclesiæ perpetuò, an centum annorum lapsu expiret.*
6 *Ius accrescendi, vel non decrescendi quando in inuestitura concedatur.*

¶ IN infinitum,
¶ In perpetuū,
¶ Perpetuò,
¶ Quādocūq; &
¶ Semper,
Denotant perpetuitatem, l. 1. vbi Barth. nu. 22. ff. sol. mat. l. Caio. §. Imperat. Antonin. De alim. & cib. leg. vbi de dict. Semper, & Perpetuo. Et varijs modis capiuntur secundum subiectam materiam, vt fusius Bero. cons. 155. li. 1. & 102. nu. 2. 65. nu. 102. 18. 27. li. 3. Ceph. 400. nu. 21. li. 3. Dec. 205. & 378. & c. in præsentia. nu. 45. De probat. Rui. 144. nu. 10. in 3. Ceph. 168. nu. 33. li. 2.

Et plerūq; pro vita hominis, l. 1. ff. Pro soc. Dec. d. c. in præsentia. Alci. cons. 7. nu. 28. in 4.

Quandoq; pro centum annis, Bar. l. si vsusfructus. ff. de vsufr. leg. Ceph. cons. 268. num. 20. in fine.

Quandoq; quousq; alter ex contrahentibus viuat, Dec. supra, Flor. l. in hoc iudicio. §. si conuentum. ff. comm. diuid. Ias. l. si non sortem. §. si centum. de cond. indeb. Aemil. cons. 70. nu. 7. & licet denotent temporis perpetuitatem, non tamen personalitatem, Paris. cons. 20. nu. 43. li. 1. & 13. & 81. nu. 4. li. 3.

Et non excludunt longissimam præscriptionem, glos. l. in cognitione. ff. Ad Syllan. Paris. cons. 92. nu. 11. & 42. li. 3. & quòd interpretentur pro triginta annis, Ias. Dec. l. petens. C. de pact. Cagnol. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.
1 in promissione facta de retro-

trouendendo in perpetuum, vel cum alia ex dictis dictionibus, Soci. conſ. 145. nu. 52. cũ ſeqq. Didac. Variarum reſol. c. 9. Menoch. conſ. 143. nu. 33. in 2. Rol. 21. nu. 44. in 2. Balb. de pręſcript. 4. par. 5. par.

Contrarium tamen, ſi dictiones iam dictæ ſint geminatæ, Dec. conſ. 23. & 635. Rui. cõſ. 98. nu. 11. 111. 123. nu. 10. li. 2, Rub. 1. nu. 15. Ay. 201. nu. 42. & 244. nu. 2. Ceph. iunior
2 728. li. 5. ex geminatione enim apparet, enixiorem partium voluntatem circa retrouenditionem faciendam, Iac. Nouell. 2. par. regul. reg. 153. nu. 2.

Et ea dictio In perpetuum operatur, vt etiam in conditione poſiti vocati cenſeantur, Rui. conſ. 108. nu. 13. in 1. aliàs teſtatoris voluntas, quæ
3 fuit, vt bona in perpetuum in domo eius conſeruarentur, non procederet, Rol. conſ. 6. nu. 30. li. 4.

Et ſæpius repetita habet tractum ſucceſsiuum, & importantem perpetualitatem, & non perſonalitatem, Pariſ. conſ. 20. nu. 13. li. 1. Rol. 87. nu. 13. li. 4.

4 Et eiuſmodi dictiones in ꝓhibitione alienationis operantur, vt deſcendentes ſucceſsiuo ordine vocati cenſeantur, vt ex Rui. conſ. 89. nu. 33. & 108. nu. 13. li. 2.

Et optimè declarant, induci fideicommiſſum, etiam inter gradus valdè diſtantes, quales ſunt, qui inducuntur ex longa diſtantia à primo ſtipite, de quo in l. fi. verſ. fi. ff. de gradibus. de quo Alci. conſ. 22. in prin. li. 9. tomo. 3.

Adde, quòd dictio In infinitum plus importat, quàm In perpetuum, Alex. l. 2. in prin. ſol. matr. dum dicit, quòd legatum hęredi impoſitũ de dando certum quid Eccleſiæ per-
5 petuò, intelligitur vſquè ad centum annos tantùm, non autem in infinitum. Quod probat Aemil. conſ. 33. nu. 25. & 76. nu. 6. & 17. Et ea vox In infinitum in inueſtituris operatur, vt ſit locus iuri accreſcendi, vel non decreſcendi, & idem
6 ſi inueſtitura fiat inſolidum pluribus quoad ius non decreſcendi, vt reſpondit Aemil. ſupra.

¶ Dictio Inſuper denotat diuerſitatem a pręcedentibus, c. inſuper. de teſt. & interpretatur, ideſt Vltra ſupra dicta, l. Seiæ. §. ex parte. ff. de fund. inſtruc.

Et eſt implicatiua, non repetitiua, Flor. l. ſi ſeruus. §. ſi ita ſcriptum. nu. 8. de leg. 1. quod ſic dicit conſultum Florentiæ: quia iſtud Aduerbium ſolum implicat actum legandi, l. quicunq;. C. de hæret.

SVM-

SVMMARIVM
Dict. Integrè.

1 *Maritus, si promisit dotem integrè restituere, statuti lucrum non consequitur.*
2 *Maritus, si promisit dotem integrè restituere, non censetur renunciasse beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere possit.*
3 *Maritus, si dotem restituere promisit simpliciter, an statuti lucro frui possit.*

¶ DIctio Integrè, capitur idest sine aliqua diminutione, c. fi. de confirmat. vtil. vel inu-
1 til. Vnde est, quòd, si maritus promisit dotem integrè restituere, à lucro dotis, quod à statuto sibi deferebatur, exclusus censeatur, Bal. in l. quod nomine. vers. sed quid si ex cõsuetudine .ff. de cond. indeb. Alex. post Rayn. l. post dotem. ff. sol. matr. & cons. 5. li. 3. & 133. in 5. Dec. d. c. fi. nu. 6. & dixi infrà in verbo Liberè. Bolog. in d. l. post doté. Natt. cons. 463. nu. 9.

Non tamen renunciasse videtur beneficio, ne teneatur vltra quàm facere posit: quia ei renunciari non potest ob reuerentiam, quę marito debetur, l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. Bal. Alex. sup. & moder. Paris. ad eum.

2 Sed quid, si promissio facta sit de restituenda dote simpliciter, Ray. d. l. post dotem. dicit, quòd intelligitur secũdum formam statuti: pro quo Alex. ibi, & d. cons. 153. in 5. Ang. l. damni infecti. §. cum parietem. de dam. infec. fusius multa congerens, & de communi fidem faciens Rol. de luc. dot. q. 37. omnino videndus, & post Ias. & alios Bologn. supra, nu. 80.

Contrarium Alci. tract. de prę sump. reg. 3. prę sump. 32. nu. 11. & li. 1. de verb. sign. fol. mihi 11. quia verba significantia totum ad partem restringi non debent, l. si quis cùm totum .ff. de except. rei iudic.

SVMMARIVM
Dict. Interdiù.

1 *Iniuria atrox qua dicatur.*

¶ INterdiù dictio, est aduerbiũ temporis, cuius contrarium est noctu: Cato de re rustica, Canes interdiu clausos tenere oportet: vt noctu acriores, & vigilantiores sint. Iul. Pau. li. 5. recept. sent. tit. de iniu. §. atrox iniuria: dicens, quòd atrox dicitur iniuria, quæ interdiù fit, & sic ex loco, tempore, & persona.

¶ Inter, est dictio distributiua, quæ operatur, vt omnes, quos respicit, in dispositione considerati dicantur, l. inter pares.

 ff. de

ff. de re iudic. Menoch. cons. 200. nu. 78. li. 2.

Et notat temporis extremitatē, l. nō omnis .ff. si cer. pet. & ponit inclusiuè, l. 1. §. initio. vbi Bal. ff. de contrah. empt.

SVMMARIVM
Dict. Interdum.

1 *Minor 25. annis an in atrocioribus mortis pęna damnari possit.*

¶ INterdum, } Denotant il-
¶ Aliquando, } lud esse casuale, & regulam extare in contrarium, l. interdum. de cond. indeb. l. admonendi .ff. de iureiuran. glos. in l. legitima. ff. de pact. l. interdum. ff. de minor. l. Auxilium .§. in delictis .ff. eod. Ex quo tex. dice-
1 bam, minores 25. non excusari in delictis atrocioribus regulariter, nequè in integrum restitutionem mereri, ibi, Nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit. contrà vulgatam eorum conclusionē, quòd minor. 25. pro delicto morte damnari non posit: aduersus quam pluries consului, & iudicaui, vt pleno cornu patet cons. meo crimin. 101. q̄ videre neminem pigeat: quia ibi hinc inde quicquid dici potest: quibus adde Bero. cons. 192. nu. 21. li. 3. & Gomez. ti. de delict. c. 1. n. 57. sed quid clarius, quā tex. in l. 2. C. si aduers. delic. ibi, Licet in delictis ætate neminē excusari cōstet. quē ab alijs allegatū nō memini, & tex. in l. Minor 25. li. 1. receptarū sentētiarū Iul. Pau. tit. 9. in C. Theod. vbi etiā Iac. Cuiac. his verbis, Minor 25. an. si aliquod flagitiū admiserit, quoad publicam coerctionē spectat, ob hoc in integrum restitui nō potest.

¶ Interim, est dictio suspēsiua, & exponit, idest medio tēpore, l. q̄ ad certū. ff. locati. exēplū ponit Ceph. cons. 450. nu. 27. li. 3.

SVMMARIVM
Dict. Inuicem.

1 *Permutatio inter Ecclesias valet, si vtraquē in vtilitatem versetur.*

¶ INuicem, dictio est composita ex in, & vicem, l. qui inuicem. ff. de cond. indeb. Auth. Item sibi inuicem. C. de sacr. sanct. Eccle. vbi valet permuta-
1 tio inuicē inter Ecclesias facta, si vtraque in vtilitatē versetur.

Et denotat reciprocationem inter partes, l. 1. de ver. oblig. l. 1. C. de ijs, qui ante apert. tab. Plot. cons. 86. nu. 12.

Et in substitutione eam reciprocā ostendit, l. in testamēto. §. hęc verba .ff. de hæred. insti. Menoch. cons. 95. in 1.

¶ Irritum est, quod est irrationabile, & infirmum, idest sine ritu, quasi non rectè factum, Bal. Auth. ex causa. nu. 6. C. de lib. præterit.

Et

Et cum dictione Inane, sic geminata, denotat actus annullationé ipso iure, Auth. cassa, & irrita. C. de sa. san. Eccles. Bar. l. More. ff. iurisdic. omn. iudic.

SVMMARIVM
Dict. Ipso iure.

1 *Sententia declaratoria actus commissi, vel omissi quando requiratur.*
2 *Iudicis declaratio vt sequatur, doceri debet de existentia facti.*
3 *Declaratio an requiratur, quando factum est notorium.*

¶ Ipso iure,
¶ Eo ipso,
¶ Ipso facto, } Hæ voces priuationé includunt absq; alia sententia, text. in c. si quis exigentibus. De præscript. lib. 6. & in c. 1. vbi glos. de rescrip. eod. & in c. si diligenti. de fo. compet. Bal. Auth. habita. C. ne fil. pro pat. & sine ope exceptionis, glos. fi. Clem. de rescript. & sine iudicis minist. Bar. l. 1. ff. de compens. & dicit Bal. cons. 491. li. 3. quòd verba Ipso iure, & Ipso facto important latam sententiam, Rol. cons. 62. nu. 20. li. 2.

Et idem de verbo Ipso facto, c. sciant. de elec. in 6.

8 Omni tamen casu declaratoria requiritur, c. cùm secundum. de hæret. in 6. not. in c. pro humani. de homic. in 6. & in l. eius, qui. §. delatorem. ff. de iu. fis. de quo fusius Bal. l. iubemus. §. sanè. vers. quinto quæritur. C. De sacrosanct. Eccles. & ita in statuto, quòd bona homicidæ à die commissi delicti publicata intelligantur, nempè quòd secuta sit sententia declaratoria, quòd delictum perpetratum fuerit, respondit Curt. Sen. cons. 59. nu. 9.

Excludunt tamen iudicis ministerium, non factum partis, Bar. l. 1. ff. de confess. l. ventre. nu. 23. ff. de acqui. hæredit. Ancha. c. 1. de sepult. li. 6. Rol. cons. 62. nu. 31. li. 2.

Ronchegall. l. 2. nu. 18. cum seqq. de duob. re. & plenius nu. 21. vbi dicit, doceri debere, euenisse casum, vt subinde
2 sequatur iudicis declaratio super existentia ipsius facti, cuius virtute ius sortitur aliquem effectum, vt multa cógerens docet Io. Quintinus Hedicus repet. c. de multa. ver. sit omni iure priuatus. de præbend. ex text. ibi.

Aduertendum nihilominus, quòd vbi pęna ipso iure imponitur, non est opus alia iudicis sententia, etiam declaratoria, commissi criminis, antequàm ad pœnæ executionem procedatur, Gemin. c. vbi periculum. §. præterea. de elect. in 6. & cons. 136. Ias. cons. 21. li. 3. & in emphiteuta, qui ipso iure priuatus est; Hosti. Butr. qui de communi testãtur, c. potuit. de loc. cum congestis

stis à Barb. conf. 51. in 1. & Dec. conf. 146.

Quibus tamen aduersari videtur crebrior sententia, nempè quòd licet non requiratur sententia, quæ pœnam irroget: requiratur tamen declaratio actus facti commissi, aut omissi, ex quo ipso iure illata est, d. l. eius, qui delatorem. vbi Bar. Archi. Andreas, Gemin. Franc. c. 2. de præscrip. in 6. cum plerisq; ab Alex. congestis in l. si quis maior. C. de transact. Feli. c. Rodulphus. de rescript. Dec. Auth. cassa. C. De Sacrosanct. eccles. vbi Alci. & in l. postquàm. C. de pact. & hæc frequentiore calculo recepta videtur cum limit. tamen
3 de quibus Feli. supra, nempè cùm factum est notorium, cùm pœna trahit secum executionem, nullamq; facti executionem requirit, vt infamia, excómunicatio, & simil. cum alijs relatis à Tiraquell. in l. si vnquàm. nu. 318. in ver. Reuertatur. C. de reuoc. donat. qui pleno cornu harum vocum vim declarat, supra nu. 8. vsq; ad nu. 14. & postea nu. 219. vsq; ad nu. 333. & fin. operis omnino videndus: ipsius enim racemis nolui mihi vindemiam comparare.

¶ Ita, & Taliter, important modum, & formam, l. libertus. §. 1. ff. de manumiss. testam. Bar. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demonstr. Plot. conf. 86. nu. 10.

¶ Itàq; declarat, & limitat præcedentia, c. cùm M. de constitut. c. significatum. de præbend. Nisi tamen verba ad ampliandum sint apposita: tunc enim restrictionem operari debent, vt in proposito scribit Socin. conf. 100. nu. 7. li. 4.

¶ Ita quòd declaratiuè capitur, l. venditur. §. si constat. ff. comm. præd. probant Socin. conf. 241. li. 2. Paris. 22. nu. 89. li. 3. Et natura eius est, vt secundum suprascripta intelligatur, Auth. de test. §. & quoniam scimus.

¶ Et nunquàm ampliat præcedentia: imo potius restringit, l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebell. teste Alci. conf. 43. nu. 30. & in noua impressione, 19. li. 4. & 44. nu. 30. li. 9.

¶ Ità tamen restrictiuè ponitur, limitatiuè, & modificatiuè, & in vim conditionis, l. ità tñ in princ. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebell. Paris. conf. 17. nu. 19. li. 1. & 106. nu. 10. eod. Socin. Iun. 160. nu. 46. in 2. & inducit declarationẽ præcedentiũ, Salic. ex eo tex. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & habet vim taxationis, Rui. conf. 74. nu. 17. li. 2.

¶ Ità vt, denotat modum, similitudinem, & declarationem ad rem expressam, l. ità tamen. Ad Trebell. Bar. l. quibus diebus.

bus. §. Termilius. ff. de cond. & demon. Grat. conſ. 9. nu. 86. in 1. & reſtringit præcedentia, & ſequentia, l. Lucius. ff. ad Trebell. Plot. conſ. 64.

SVMMARIVM
Dict. Item.

1 *Teſtator ſi relinquit filio centum iure inſtitutionis, item filiæ quinquaginta, an verba iure inſtitutionis repetita cenſeantur.*

2 *Teſtator ſi legat fundum cum inſtrumentis, Item relinquat domum eidem, vel alteri, an inſtrumenta quoq; legata intelligantur.*

¶ ITem, eſt continuatiua, & geminatiua, c. paſtoralis. §. Item, cùm. vbi Abb. de off. de leg. l. item. ff. de pact. l. 2. §. item ſi extra. & ibi Curt. nu. 3. ff. de iud. Et eſt repetitiua præcedentium, Bar. l. ſententia. ff. de appell. Et implicat, quod eſt diſpoſitum in præcedentibus, Bar. l. Seio. §. Caio. ff. De fundo inſtruc. Et appoſita in vltima voluntate ſubſtantiam, & conditionem repetit præcedentium legatorũ, Rayn. Flor. à sãto Petro l. in repetendis. ex eo tex. ff. de leg. 3. Dec. conſ. 423. Ceph. 157. nu. 5. li. 2. Et coniungit, & repetit æqualiter, l. in repetendis. ff. de leg. 3. Grat. conſ. 114. nu. 14. in 1. gloſ. in. §. item lapilli. in ver. Inuentoris. Inſtitut. de rerum diuis. appellat aduerbium ſimilitudinis. Sic & gloſ. in d. l. in repetendis. & Pariſ. conſ. 18. nu. 24. li. 2.

Et quotieſcunq; hæc dictio inducit ordinem, cui deficiat verbum principale, id ſuppleri debet ex oratione præcedenti cùm omnibus qualitatibus in ea poſitis, d. l. à ſententia. vbi Bar. ff. de appell. Iaſ. in § æquè. nu. 45. Inſtit. de act. Rui. conſ. 104. li. 5. & dicam infrà.

Non tamen eſt præcedentium repetitiua, quando ponitur inter orationes perfectas, ſed continuatiua, Bar. d. §. Caio. Iaſ. conſ. 207. in 2. Curt. Iu. 72. nu. 6. Aemil. 49. Rol. 39. nu. 36. li. 4. Paul. à Caſt. l. 1. nu. 2. ff. de public. & vectig. diſtinguit, quòd aut oratio, quæ additur, erat imperfecta reſpectu verbi principalis, quia non repetitum fuit, & præſumitur repetitio cum ſuis qualitatibus: vt ſi dico, Titio filio
1 meo cẽtũ iure inſtitutionis, Itẽ Bertæ filiæ meæ quinquaginta, intelligitur iure inſtitutionis: quia non eſt repetitum verbum principale, Relinquo: ſed intelligitur repetitum principale cum ſuis qualitatibus, d. l. in repetendis. Aut repetitur idem verbum, vt relinquo Titio fundum cum inſtrumentis,
2 Item relinquo domum eidem, vel alteri, & non intelligitur cum inſtrumentis.

¶ Iterum,

¶ Iterum, dictio, strictè capta, accipitur pro secunda vice, Salic. Alex. ex eo text. in l. cùm quæstio. §. sed & aliam. C. de legat. largè autem, quoties opus fuerit, si à lege proferatur, l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. vbi Paul. à Cas. quando iteratio non tendit in grauamen alterius. Cùm verò ab homine prolata est, bino numero contentatur, l. fideicommissa. §. si quis. de leg. 3. Aliud in dictione, Pluries, de qua infrà, & dictione Sæpius, quæ saltem tres actus requirunt, Alex. supra, & ver. Sæpius.

Et repetitionem denotat, d. l. veluti. §. si.

Et quandoq; continuatiue accipitur, l. item si. ff. de procurat.

¶ Iuxtà,
¶ Propè, } denotant vicinitatem cum aliqua distantia, arg. l. properandum. §. & quidem. vbi Bar. C. de iudic. & idé Bar. l. pen. C. de aquæd. li. 11. Grat. cons. 112. nu. 12. li. 1. Paris. 58. nu. 57. li. 3. Et cùm iuxtà refertur ad illud, quod est de præterito, limitatiuè disponit, prout in eo, ad quod se refert, Bar. tract. Ad reprimendum. vers. Prout, & probat Grat. cons. 105. li. 2.

Et ponitur continuatiuè, l. fistulam. §. iuxtà. ff. de seruit. vrb. præd.

Et equipollet dictioni Secundum, Abb. c. Abbate. nu. 20. de verb. significat.

Et etiam relatiuè, l. 1. vbi Bal. C. de episc. & cleric.

Et quandoq; conditionaliter, quandoq; casualiter, d. c. Abbate. Bertrand. cons. 40. nu. 2. li. 1.

SVMMARIVM Dict. Liberè.

1 *Testandi licentia liberè concessa solennitates iuris non excludit.*

2 *Princeps sub verbis generalibus concedere non creditur, quod iniquum, vel absurdum est.*

3 *Priuilegium, quòd quis possit tenere frumentum libere extra ciuitatem, quid importet.*

4 *Legatarius, cui testator iussit fundum libere relinqui, potest possessionem ad libitum capere.*

5 *Fideicommissarius, si dictũ sit, quòd hereditas ad ipsum libere deueniat, an absq; licentia eam capere possit.*

6 *Iudex, cui data est potestas libere procedendi in criminalibus, an absq; indicijs procedere possit.*

7 *Vxor, cui res liberè relicta fuit, an sit proprietaria.*

¶ Liberè dictio, importat, vt sine aliqua diminutione, & contradictione res omnino effectum sortiatur, vt probat text. in c. 1. in ver. Liberè. vbi Io. Andr. & Gemin. de reg. iur. li. 6. Ruin. cons. 146. li. 4. Nec alicuius auctoritatem, vel consensum requirit, vt docet Bald.

c. Quæ

c. Quæ in ecclesiarum. nu. 6. de constitut. Alex. cons. 12. & 14. nu. 3. in 2. Corn. 145. in 2. Ias. l. Centurio. nu. 46. de vulg. & pupill. & l. 1. C. De Sacrosanct. eccles. c. Nostro. vbi Abb. de pœnit. & remiss. Curt. Sen. cons. 47. Curt. Iun. in 2. Tiraquell. l. si vnquam. vers. Reuertatur. nu. 111. C. de reuoc. donat. faciunt, quæ dixi supra ver. Integrè. Et sine vllo pœnitus impedimento, ita vt alicuius consensus non requiratur, Rol. cons. 42. nu. 18. Et in legatario vsusfruct. omniū bonorū, vt propria auctoritate apprehēdere possit possessionem, Boz. cons. 91. col. 2. Rol. supra. nu. 19. Dec. cons. 131. & 152. Alba. cons. 8. nu. 17. Io. Quintinus repet. c. De multa. ver. Liberè conferat. De preben. ex tex. ibi.

1 Aduerte tamen, quòd hæc dictio in concessione testandi intelligitur legitimè, & iuris solennitate seruata, text. est in l. si quando. C. de inoffic. testam.
2 vbi dicit Bald. quòd Princeps sub verbis generalibus non intelligitur concedere, quod iniquum, vel absurdum, est. Vndè pater nō poterit filium preterire, vel exhæredare sine causa. Quod verum est, quando ea dictio poterat aliud operari, vt quia fuisset facta concessio intestabili, vt etiam ipse Bald. fatetur: aliàs secus.

Et quòd dictio Liberè, intelligatur, idest sine consensu alicuius, glos. c. cum plures. ver. Libere. de off. deleg. Ias. l. nemo potest. 4. Q. de leg. 3. Alci. cons. 131. nu. 5. li. 9. & 14. nu.
3 3. li. 4. in priuilegio, quòd quis possit liberè tenere, & seruare frumētum foris extrà ciuitatē: vt arbitratu suo possit deferre, & tenere, vbi maluerit.

4 Et cùm testator iussit, fundū legatario liberè relinqui, vt eo nomine inquietari non possit, quòd licentiam non acceperit, Ias. Alci. nu. 36. in l. Nemo potest. de leg. 1. & in fideicommisso, Barb. cons. 40. in 4. Cal-
5 can. 3. Dec. 138. si dictum sit liberè deueniat, licet Raph. Comen. cons. 14. contrarium. Intellige tamē secundū naturā fideiussionis, nempe vt principalis cōueniatur, Roma. cōs. 202. Ias. l. 1. C. de sac. san. eccles. Io. Oldend. trac. De iure sing. tit. De priuil. fideiuss. nu. 8.

Et quòd in reuocatione interlocutoriæ, & causæ reassumptione partium consensus non exigatur, Abb. c. cum cessante. de appell. nu. 7.

6 Quid autem in Iudice, cui data sit potestas libere procedēdi in criminalibus, an possit procedere, fama, vel indicijs non præcedentibus, Ias. pleno cornu d. l. 1. nu. 6. C. de sa. sanc. eccles. quòd non, Addent. ad

Bald. c. quę in ecclesiarum. de consti. nu. 7. quod tamen in cõtrarium allegat Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. li. 10. sed Ang. de hoc nullum verbũ.

Crediderim tamẽ, quòd si nõ generaliter, sed aliquo speciali casu, & enormi delicto statutum liberam præberet procedendi potestatem, indicia minus vrgentia sufficerent: ne aduerbium illud sine operandi virtutem scriptum videretur.

7 Adde, quòd is rem libere habere dicitur, qui in aliquo nõ tenetur, Dec. cons. 360. Curt. Iun. 2. & cõcessio liberè facta, plenum ius esse concessum significat, Bar. l. alia. nu. 9. ff. De alim. & cib. legat. Menoch. cons. 10. in vxore, cui res liberè concessa fuit.

M

¶ Magis, dictio regulariter stat comparatiuè, l. iubere. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. §. mutuum. ff. si cert. petat. Quando autem ponitur inter ea, quæ simul non participant, stat electiuè, glos. in l. Stichum. ff. de leg. 1. Paris. cons. 115. nu. 13. li. 1. post Odofr. d. l. iubere. nu. 2. Vt volo esse magis diues, quàm pauper.

¶ Maximè, ex propria vi, & natura implicat idem esse, etiã si ratio expressa deficeret, l. scire oportet. §. & si maxime. ff. de excus. tut. l. 1. §. vel maxime. ff. de. colla. bon. Couar. li. 2. Var. resol. q. 7. nu. 4. & ideo apposita à Iudice in sententia, etiam aliam causam includit, dummodo de ea in actis appareat: quod si non appareat, eiusmodi dictio ad specificata restringitur, & sic ad causam iam expressam, ita Ant. à Butrio in c. ex litteris. de restit. in int. & in c. in præsentia. de proba. Alex. l. si is, ad quem. vers. item in quantum. de acquir. possess. Card. Alexan. c. leges. 54. distinct.

Et includit diuersam speciem ab illis, cum quibus iungitur, glos. Innoc. c. ad abolendam. de fil. presbyt. Gemin. cons. 6. in prin.

Et stat ampliatiuè, & augmẽtatiuè, ita vt scriptura etiam absq; ea procedat, l. illud. ad legem aquil. de qua Alci. cons. 44. li. 5. l. filius fam. ff. de cõd. & demon. l. prouinciarum. C. de fer. & quòd dispositio sit eiusdem effectus, sicut si illa ratio expressa non fuisset, Soci. l. sed &. nu. 6. ff. de reb. dub.

Est etiam exclusiua casus magis dubitabilis, l. fi. C. vn. lib. Soci. Iu. cons. 180. nu. 71. li. 2. de qua dixi etiam infra, in ver. Præcipuè: & quòd implicet casum magis dubitabilem, & explicet casum minus dubitabilem, Dec. l. qui se patris. nu. 20. C. vn. lib. Vt in dict. Præcipue respondit Soci. Iu. cons.

cons. 86. li. 2. & de vtraq; dict. Menoch. cons. 69. nu. 26. li. 1.

Et quandoq; ponitur pro enim, c. ad abolendam. de fil. presbyt.

Et denotat, idem esse in casu contrario, c. sacro. de senten. excomm. Bertr. cons. 1. nu. 69. li. 1.

¶ Meus, mea, meum, pronomen est, qnod personæ adiectum, q̃ aliàs in dispositione nõ comprehenderetur, facit vt cõprehendatur, & ad eam dispositio restringatur, & comprehendatur illud tẽpus, quod aliàs nõ comprehenderetur, & appellatur pronominis possessiui, l. Quintus. §. Argento. ff. de auro, & arg. leg. & demonstrat tẽpus præsens: & idcirco cùm testator legat argentum suum, intelligi debet de argento, quod tempore testamenti est testatoris, non autem de futuro, Corn. cons. 103. li. 4. Neuiza. 71. nu. 4. & ideo eiusmodi pronomen adiectum nomini appellatiuo Agnatus, significat agnatum de præsenti: & quando testator legat sic fũdum meum, superueniens augmentum non auget legatum; quia id pronomen restringit, ac limitat legatum ad fundum tempore cõditi testamẽti, Bar. l. serui electione. §. fi. in l. seruum filij. de leg. 1. quem probauere Bald. Ang. Paul. à Castro, Rip. Alciat. l. serui electione. cum ijs, quę fusius congerit Menoch. cons. 106. nu. 184. cum seqq. li. 2.

¶ Dictio Minus, comparatiua est, sicut & Maius, & proprie positiuo confertur: & de eadem speciem intelligitur: & ideo stante stat. pro verberibus pœna decem librarum mulctãte, & pro vulnere maiore iudicis arbitrio, nõ potest Iudex aliam, quàm pecuniariam pœnam imponere, sic post antiquiores scripsit Ias. in l. vbi autem. quam legit, in l. stipulationum. nu. 3. ff. de verb. oblig. Alci. l. si ita à te stipulatus. ff. De verbor. significat.

¶ Modo, est demonstratiua pręsentis temporis, tex. est, & ibi Port. §. 1. Institut. de rerum diuis.

Idem de dictione, Nunc, l. 1. de condit. indeb. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rationibus distrah.

Et vt quid fiat sine dilatione, l. scimus. C. de inoffi. testa. de quo fusius Paris. cons. 6. nu. 30. in 1.

SVMMARIVM
Dict. Mox.

1 *Instituens Titium, mox Sempronium, an vtrunq; instituisse credatur.*

2 *Tutor quàm primum debet inuentarium facere.*

3 *Canon latæ sententiæ quis dicatur.*

¶ Mox, accipitur pro postea, l. 1. §. 1. de act. & oblig. Cur. Iu. rub. si cer. pet. nu. 75. & pluribus modis accipitur, de quibus Ias. in l. fructus. ff. sol. matr. pleno cornu. quos, ne merus transplătator videar, non refero: sat est, quòd propriè sumpta accipitur pro Cõfestim, idest sine vllo interuallo, l. Tutores. C. Theodos. de admin. & peric. tutor. glos. in c. quia propter. de elec. in ver. Mox. Bar. Sali. Alex. nu. 36. Moder. l. 1. si cer. pet. Bal. l. quoniã nonnulli. C. de appell. Bart. Castren. Alb. Comment. d. l. fructus. vbi recipitur opin.
1 Bar. quòd instituens Titium, mox Sempronium, vtrunq; instituisse credatur.

Zas. post alios d. l. fructus dicit, quòd ea dictio accipitur pro Postea: & quòd non habet determinatũ tempus, nisi quòd secundum subiectam materiam determinatur, Auth. de incest. nupt. in princ.

Sic & de dictione Confestim, l. 2. §. confestim. ff. ad Tertull. Bar. l. imperator. ff. de iure fisci. de dictione Cito, c. quia propter. de elect. & Incontinenti, l. fi. C. de errore aduoc. c. cùm sint. de appell. quae omnes cum temporis temperamento accipiuntur.

Accipitur etiam dictio, Mox, pro quàmprimum quid fieri potest, l. tutores. C. de administr. tut. vbi scribent. de tutore, qui mox debet inuenta-
2 rium facere, idest quàmprimũ, extat Decis. pedemon. 57. nu. 17. Quandoq; pro spatio decem dierum, l. promissor. ff. de constit. pecu. Quandoque pro triduo, l. cum speciali. C, de iudic. Guil. in Spec. tit. de disput. nu. 9. Quandoq; denotat triennium, glos. c. quia propter. in fi. de elec. Alex. l. 1. §. qui praesens. nu. 8. de verb. oblig.

In dubio tamen significant dictio, Mox, & Statim, & Incontinenti, modicum interuallum Iudicis arbitrio, glos. c. Quàm sit. ver. Quàm citius. de elect. li. 6. Alex. supra nu. 9. Menoch. de arbitrar. iud. casu 30.

Ang. in l. si quando. C. de bon. vacan. li. 10. dicit, quòd eiusmodi dictiones Mox, & Statim, in ijs, quę à lege tãtùm explicari possunt, significant quid immediatum fieri: sed in ijs, quę factum hominis requirunt, denotant, quid fieri successiuè.

Et ad euitandam contrarietatem accipitur etiam cum tẽporis interuallo, Soci. l. 1. nu. 46. ff. si cer pet. post Paul. à Castro d. l. fructus. nu. 9. ex eo tex. vbi dictio, Mox, accipitur post lapsum vnius mẽsis.

3 Addo, quòd interdum secum executionem trahit: & tunc dicitur canon latae sententiae, l. amis-

amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. Bal. c. quia. nu. 33. de elect.

Et ideo dicit Ang. in Auth. de inces. nupt. in princ. quòd ex hac dictione pœna ipso iure imposita censetur absq; alia sẽtentia: de qua etiam pleno corn Abb. c. An sit deferendum. nu. 8. de appell. & c. 2. nu. 17. de inut. petit.

N

¶ NAnq;, ponitur pro certè, §. hoc autem. Institut. de auctor. tutor. & curator. §. cõstituitur. Institut. de vsufructu.

¶ Nè, ponitur pro non, l. fi. C. vbi, & apud quos in integ. restit. & quandoque pro Etiam l. omnium. ff. de vsufr.

Et quandoq; pro An, l. fi. ff. de iur. delib. l. in personam. de pact. l. 3. §. fi. ff. de donat. inter vin. & vxor.

Quandoq; prohibitiue, rubr. Ne fideiuss. dot. dent.

Et quàmpluribus alijs modis ad rem nostram parum facientibus, de quibus Bal. Auth. cui relictum. C. de indic. viduit. toll.

Et denotat modum, glos. l. cùm pater. §. Titio fratri. ff. de leg. 2. Alex. l. qui absenti. §. si quis. ff. de acqui. possess.

¶ Nec, copulat, & continuat præcedens dictum, & eidem iungitur, l. nec quicquam. ff. de offi. procons. & cõiungit, & negat, Ang. de Gambil. cõs. 89. nu. 8. Socin. cõs. 10. nu. 5. in 3. Paris. 3. nu. 25. li. 1. Rui. 120. nu. 7. li. 2. dicens, quòd habet inclusam copulã: quod & prius senserat Bal. c. quia. nu. 27. de elect. Socin. cons. 10 nu. 5. in 3. Rol. eo. nu. 56. li. 3.

Non tamen inducit repetitionem qualitatis præcedentis dispositionis, Rui. cons. 119. li. 4. Et est implicatiua casus contrarij ad expressum, l. nec apud. C. de hære. instit. Alex. in l. tutori. nu. 6. C. de negot. gest.

¶ Nempè, } pro certo, l. sed
¶ Planè, } & si mater. ff. de seruit. vrb. pręd. sicut dictio Planè, l. fi. ff. de iure fisci.

¶ Neque, in se copulatiuam continet, Bar. Alex. nu. 6. l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupill. & ponitur pro non, l. si in lege. §. colonus. ff. loc. l. si is, qui ducenta. nu. 2. §. si pater. ff. de reb. dub. vbi Socin. nu. 2.

¶ Nihil, est dictio vniuersalis negatiua, l. is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Alex. l. qui vsumfructum. de verb. oblig. & cons. 119. nu. 9. li. 1. Menoch. 164. nu. 3. in 1.

Et requirit, cessare concursum omnium particularium, l. legitimos. §. an ergo. ff. de leg. tut. Flor. disputat. 3. nu. 21.

Quæ omnia negat, & omnem aufert differentiam, glos. ver. Nihil. in Auth. de hæred. & falc.

falc. Ceph. conſ. 86. nu. 13. li. 2.

Et iuncta cum dictione Penitus ſignificat, ideſt nullo modo, Alex. d. l. qui vſumfructũ. nu. 7.

SVMMARIVM
Dict. Niſi.

1 *Promittens non vendere agrum, niſi Titio, an à Titio cogi poſſit.*

2 *Promittens non vendere, niſi Titio, an, ſi venditio alij fiat, ad intereſſe teneatur.*

3 *Promittens vendere, an pręciſe cogi poſſit, ſi intereſſe ſoluatur.*

4 *Matrimonium ex verbis de præſenti an contractum dicatur, ſi quis dixerit, Promitto, quòd nullam habebo in vxorem, niſi te.*

5 *Matrimonium certum, & non dubium conſenſum requirit.*

6 *Poſitionibus reſpondens, ſi dicat, Nego, niſi probentur, ſi poſtmodum probatio ſequatur, an tanquàm confeſſus appellare nequeat.*

7 *Confeſſus an appellet.*

8 *Poſitiones debent clarè, & ſimpliciter factum continere: aliàs tanquam impertinentes reijciuntur.*

9 *Poſitionibus adeò clarè reſponderi debet, vt interrogator certus reddatur.*

10 *Poſitioni reſpondens, Non credo, niſi appareat, interrogationi non ſatiſfacit.*

11 *Venditio facta, niſi me intra menſem pœniteat, an valeat.*

¶ Niſi, eſt dictio exceptiua, quæ poſita poſt orationem negatiuam ponit, & affirmat, c. peccatum. de reg. iu. in 6. l. actione. vbi Bar. Bal. Iaſ. & cæteri moderniores C. de tranſact. ex quorum dictis plures concluſiones eliciuntur, quas ſatis erit ſummis labijs deguſtare.

Et prima, quòd quando præcedit oratio negatiua, dictio, Niſi, ponit id, quod negatum eſt in oratione præcedenti: quę concluſio ne dum à prædictis, ſed communi voto à quibuſcunq; recipitur, Odofr. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. nu. 4. ff. ſi quis caut. Vbi autem ponitur poſt negatiuam, excludit, vt omnis homo currit, niſi Titius: vel cùm dominus locat fundum ruſtico, vt habeat dimidium fructuum, niſi ficuum, Ruin. conſ. 127. & 132. in 2. Dec. l. 1. nu. 58. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. allegat reg. Peccatum. de reg. iu. in 6. probat Tob. Non. conſ. 96. Rub. poſt Bal. in c. cum acceſsiſſent. nu. 16. de conſtit. Vnde infertur ad quæſtionem, Promitto non vendere agrum, vel domum meam, niſi tibi, vt ſi alij vendere voluero,
1 cogi poſsim tibi vendere, Bar. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. in fi. vbi Alex. nu. 16. ff. ſi quis caut. qui hac in ſpecie allegari ſolet,

ſolet, & ab alijs probari, & pręſertim à Iaſ. & Curt. Iun. in dicta l. Actione. qui nu. 5. dicit, quòd eiuſmodi promiſsio operabitur, quòd ſi contingat, alij
2 venditionem fieri, poterit aduerſus promiſſorem agi ad intereſſe, l. ſi ſterilis. §. pen. ff. de act. emp. Iaſ. d. §. qui iniuriarium. & in §. 1. in princ. de action. Dec. d. l. actione. Crot. repet. c. 1. 6. notabili. de conſtit. Alci. d. l. actione. ver. Niſi. nu. 39.

Quod non eſt in ſimplici promiſsione de vendendo : quia venditor pręciſe cogi non poteſt: ſed ſoluendo intereſſe liberatur, Alex. conſ. 222. nu. 14. li. 6. Soc. 502. nu. 8. etiam quòd quis tradendi facultatem habeat, Cagnol. l. 2. de pac. inter. empt. & vend. Boc. deciſ. 28. nu. 10. Alci. l. 1 §. qui præſens· de ver. oblig.

Sed contrariũ, ſi ſit conuentum de pretio , & facultatem tradendi habeat, Gozad d. l. 2. Rui. conſ. 27. in 3. Arius Pine. l. 2. nu. 30. C. de bon. matern. Ceph. conſ. 272. nu. 116. Burſ. 110. nu. 10. li. 1. Pariſien. ad Alex. d. conſ. 222. & quicquid in hac materia dici poteſt, cum hac ſententia Petrus à Petra trac. de fideic. Q. 8. nu. 137. cum multis ſeqq. quod verius
3 arbitror.

Ad aliam quoq; quæſtionem. hoc induci ſolet , nempè quòd, ſi promitto , quòd nullam ha-
4 beo , vel habebo vxorem , niſi te, videatur contractum matrimonium verbis de præſenti, vt probauere Io. Andr. ad Spec. rub. de ſponſ. Abb. c. ex parte. eo tit. Alex. conſ. 152. & 153. li. 5. Summa Clauaſ. in ver. Matrimonium, 2. §. 12. & ſentit Crot. ſupra, & ante eum Barb. conſ. 6. col. 4. li. 1. Iaſ. d. l. actione. nu. 4. & de communi Franc. d. c. ex parte. & Præpoſ. poſt eum: vel ſaltem ſponſalia Calder. Zochus d. c. ex parte.

Sed in diuerſam ſententiam tranſiuere Ant. à But. d. c. ex parte. dicens, quòd per illa verba , quis non cogitur eam, cui promiſsio facta eſt , in vxorem ducere, licet nec cum alia matrimonium contrahere poſsit : probant quoad inualiditatem matrimonij Curt. & Alciat. ſupra. Cæpoll. conſ. 1. ciuil. & aduerſus Alex. moder. Pariſien. d. conſ. 152. & pleno cornu Did. d. c. ex parte. c. 4. 2. par. nu. 6. ita vt nec matrimonium, nec ſponſalia ijs verbis contracta intelligantur; poſsitq; promittens in cælibatu remanere, allegat Padul. 4. diſt. 27. Q. Hodie autem ex concil. Triden. diſceptationes huiuſmodi ſublatæ ſunt , ita vt quæ ſit crebrior , & verior ſententia , elaborare non ſit opus , licet ipſe poſteriori lubentius adhærerem:

5 rem: quia consensus in matri-
monio certus, non dubius, &
sub verborum inuolucro re-
quiritur.
Insuper & ad aliam quæstio-
nem huius dictionis virtus in-
fertur: nempè si Reus positio-
nibus respondens, dixit, Nego
eas, nisi probentur: vel Non
confiteor, nisi probentur: quia
dicta dictio ponere videtur, ita
6 vt secuta probatione per te-
stes, etiam per eius confessio-
nem habita censeatur. Ex qua
geminata probatione si sequa-
tur sententia, non detur appel-
7 latio, cum confessus non appel-
let, l. abstinendum. C. quor.
appell. non recip. fuit decisio
Bal. in c. cum accessissent. nu.
18. de constit. quam probat, &
corde figendam dicit Ias. d. l.
actione. nu. 4.
Sed reclamat ibi Alciat. sup.
nu. 20. quia contrarius nega-
tionis sensus nō est Confiteor:
sed Non nego. & est dare me-
dium inter non confitentem,
& negantem, c. is, qui tacet.
de reg. iur. in 6. quod & ipse
8 verius censeo: sicut enim te-
netur ponens clarè, & simpli-
citer factum ponere: aliàs Iu-
dex positiones tanquàm imper-
tinentes reijcere potest, Curt.
tract. de posit. 8. breuiloq. nu.
22. cum seqq. Aym. cons. 23.
9 ita responsio adeò certa, &
simplex esse debet, vt interro-
gatorem certum faciat, l. cer-
tum. ff. de confess. Natt. cons.
10 61. nu. 8. Itaq; eiusmodi re-
sponsio non esset admittenda,
vt de responsione simili videli-
cet, Non credit, nisi appareat,
docet Mattesil. notabili 37. &
probat Natt. d. cons. nu. 12.
& hæc exempla quoad primam
speciem satis sint.
Quò verò ad secundam, cum
exceptio sub priore sermone
non comprehenditur; sed aliud
verbum requirit, tunc si prece-
dat affirmatio, exceptio negat.
Quo ad tertiam dicitur, quòd
si præcedat negatio excepti-
ua, non ponat actum: sed po-
tentiam, vt pluribus exemplis
ostendunt moderni, præsertim
Ias. Curt. Alciat. d. l. actione.
quæ breuitatis causa ibi viden-
da relinquam.
Nec omitto, quòd hæc dictio
est quandoq; conditionalis, ha-
bens vim resoluendi id, quod
simpliciter diffinitū fuit, glos.
in l. obligatio. §. conditio. in
ver. Veluti. ff. de act. & obli-
gat. Zas. in l. à diuo Pio. §. in
venditione. nu. 40. ff. de re iu-
dic. Decis. pedemon. 145. Vn-
de dicit Bal. in c. si pro debili-
tate. nu. 25. de offi. deleg.
quòd quando dictio, Nisi, ap-
ponitur rei successiuę, & non
instantaneæ, importat condi-
11 tionem diuisibilem; & ponit
exemplum in venditione facta,
Nisi displicuerit, vel propriè
loquendo, Nisi me pœnituerit
intra

intra mensem.

Et quòd importet conditionem actus suspensiuam, Grat. cons. 138. nu. 7. in principio.

Et quòd ad futura relata conditionem faciat, maximè post negatiuam, Soci. in cons. 49. nu. 18. li. 2.

Ponitur etiam quandoq; expositiuè, l. quæ omnia. ff. de procur. Quandoq; priuatiuè, l. si feriatis. vbi Dyn. ff. de fer. l. extraneo. ff. De vêtre in possess. mittendo.

Regulariter tamen ponit casum contrarium, d. l. actione. C. de transact. Alci. cons. 26. nu. 10. lib. 1.

Et quid in sententijs, & vltimis voluntatibus, Alex. fusius d. l. si eum. nu. 9. cum seqq. ff. si quis caut.

Et tandem quicquid dici potest hac in specie, ponit Gofr. in l. quibus diebus. §. Quidam Titio. nu. 1. vsq; ad quintum. ff. de cond. & demonstr. cuius doctrinam hic operę non est pretium recensere.

SVMMARIVM

Dict. Non aliter.

1 *Clausula Non aliter, in alienatione ab emphiteuticario sine licentia quid operetur.*
2 *Protestatio cõtraria facto nõ releuat.*
3 *Emphiteuticarius, quando ad realem traditionem rei alienatæ sine licentia venit, an cadat.*

¶ NOn aliter, significat expressa ibi esse de forma, l. de ijs. ff. de transact. Grat. cons. 16. nu. 48. in 1. & dixi fusius supra sub dictione Duntaxàt: à qua recedere non licet, Felin. c. cùm dilecti. de rescrip. Alci. cons. 44. nu. 29. li. 9.

Et in alienatione ab emphyteuta, inconsulto domino, reseruando cõsensum Non aliter facturus, dominum contempsisse non videtur, vt expressis verbis docuit Bal. in c. cumana. nu. 9. de elect. & in c. 1. quæ fuer. pri. caus. benef. amitt. Abb. c. 2. nu. 10. de feu. dicens emphiteutam, seu vasal-
1 lum ob alienationem sine licẽtia, stante clausula Non aliter, non priuari: imò & absq; verbis Non aliter, stante clausula Saluo, & reseruato consensu domini, & Menoch. cõs. 38. li. 1. Sic & Clar. Rip. Curt. Iun. Capic. Rol. Burs. & pleriq; alij, quos pleniore folio congessi in cons. meo criminal. 131. Vbi in diuersam sententiam allegaui ipsummet Bal. in l. 1. q. 16. C. de ijs, quæ pœ. nom. dicentem, quòd eiusmodi protestatio etiam cum clausula Non aliter, nec alio modo, nihil releuat, nisi alienandi consensus
2 ante factum, vel saltem in ipso facto interuenerit: ne factum protestationi contrarium videatur, Dec. qui pro hac ceu

ſtrenuus pugil. admodum pugnauit conſ. 160. nu. 4. Bero. conſ. 120. in 1. Alci. 753. & ſub noua impreſsione 167. li. 5. de communi fidem faciens, quando ſaltem aliquo tempore res
3 alienata penes emptorem ſtetit; & ſic realis traditio interuenit, & pro vt in allegato meo reſponſo: vbi quàmplures etiam pro hac ſententia adduxi, & in contrarium adductis reſpondi. Sicq; Placentiæ, dum ibi Gubernatoris munus gerebam, iudicaui inter DD. Perletos, & DD. de Medicis, & fuit meum iudicium, vt poſtea mihi relatum fuit, confirmatum, & executioni mandatum. De hac dictione dixi etiã ſup. Non aliter.

SVMMARIVM
Dict. Non ſolum.

1 *Affirmatio quando neget.*

¶ NOn ſolum, implicat eãdem voluntatem, & diſpoſitionem quòad omnia, l. cum non ſolum. C. de bon. quæ lib. Rip. de ſubſtit. reſp. 13. nu. 9. ſic & dictio Non tantùm, quæ debet implicare, quod eſt maius, l. & non tantum. in prin. ff. de petit. hæred. Alex. l. 1. in princ. ff. ſi quis iuſdic. non ob temp.

Aduertendum tamen, quòd quàmuis hæ dictiones vim affirmatiuam habeant, vt Titius non ſolum doctus eſt, ſed etiam probus: nihilominus ſi clauſula negatiua ſequatur, per Nec
1 quidem: tunc ipſa affirmatio negat, vt non tantùm quòd vadam ad templum, ſed ne orabo quidem: quia hæc dictio Non ſolum, negat, ac ſi dixiſſem Non ſolum non vadam. Sic locutus eſt Cic. li. epiſt. in epiſt. incip. Periucundæ. ibi, Si à perditis hominibus viderem teneri Remp. non ſolum præmijs, ſed ne periculis vllis me eis adiungerem. Sic docet Zaſ. l. 1. §. ſi quis ita. nu. 3. ff. de ver. oblig.

SVMMARIVM
Dict. Nullatenus.

1 *Clauſula decreti annullatiua quando pro appoſita cenſeatur.*

¶ NVllatenus, eſt vniuerſalis negatiua, excludens etiam minimam partem, gloſ. in reg. nemo poteſt. de reg. iu. in 6. & in c. ſtatutum. ver. nullum. de reſcript. in 6. & exponitur i. nullò modo, Rui. conſ. 30. in 5.

Et habet ſignificationem modi, & temporis, Rui. conſ. 10. nu. 11. li. 2. & quòad nullitatem actus tantum importat,
1 quantã clauſula decreti annullatiua, tollitq; facultatem diſpenſandi, gloſ. in Clem. 2. in ver. Nullo modo. de ætate, & qual. Felin. c. ex parte. nu. 12. de

de constitut.

Et denotat totalem nullitatem, ac ipso iure, glos. in Auth. si qua mulier. C. ad Velleian. ac si dictum esset nullius sit valoris, & efficaciæ, Rol. cons. 57. nu. 51. li. 3.

¶ Nunc, est demonstratiua præsentis temporis, l. 1. ff. de cond. indeb. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ration. distr. Dec. cons. 322. & 332. Menoch. 14. & 21. li. 1. & denotat, vt quid fiat absq; dilatione, l. scimus. §. cùm autem. C. de inoffic. test. Paris. cons. 6. nu. 30. li. 1. post Giuliel. in Spec. tit. de disput. & alleg. §. 1. nu. 11. Et eius est naturæ hæc dictio, & aliæ instantaneæ, vt denotent modicum temporis interuallũ, Bar. l. 1. si cer. pet. Natt. cons. 50. nu. 25. in 1.

Non tamen semper denotat tempus instans, sed ad id, quod nouiter factum est, refertur, tex. est in c. 1. & ibi Abb. extra de ver. signif. Et diuersimodè accipitur secundum subiectam materiam, Natta supra.

SVMMARIVM
Dict. Nunquàm.

1 *Promittens contenta in instrumento perpetuò obseruare, an ius fideicommissi remisisse censeatur.*

2 *Fideicommisso conditionali ex renunciatione generali an præiudicium afferatur.*

3 *Negatiua vniuersalis comprehendit omnem casum, & omne tempus.*

¶ NVnquàm, idest nullo tempore, l. prouidendum. § 1. vbi glos. C. de postul. est enim indefinita, quæ æquipollet vniuersalibus, l. si pluribus. de leg. 2. Socin. Iu. cons. 116. nu.
1 52. in eo, qui promisit contenta in instrumento perpetuò firma habere, & nunquàm contrafacere, vt etiam ius fideicommissi remisisse censeatur.

Sed hæc quæstio altiorem requirit indaginem: in qua scribent. in l. qui Romę. adhuc altercantur, suntq; adeo varij, vt quæ sit certior sententia, vix discerni possit: & in qua Bar. d. §. duo fratres. q. 5. tenet ex renunciatione indefinita, & ge-
2 nerali fideicommisso conditionali renunciatum non censeri: cum quo transit ibi Rip. nu. 74. Bal. cons. 374. li. 3. Soci. 25. in 2. Gozad. 36. de communi testãtes: & in validioribus terminis, etiam si cõcurrant multæ clausulæ similes, Alba. omnino videndus cons. 29. nu. 15. omissis alijs, quæ ad vim dictionis huius non pertinent.

3 Et est vniuersalis negatiua, quæ comprehendit omnem casum, & omne tempus, glos. d. l. prouidendum. Nec recipit vllam restrictionem, Aym. cons. 194. nu. 6. Ceph. 171. nu. 15.

O

¶ Ob, & ¶ Propter, } causam remotam sine occasione designant, l. qui proprio. §. procurator. vbi Bal. ff. quod cuius vniuers. nom. & causam remotam & accidentalem, Bal. l. ex arrhali, C. de act. emp. Alex. l: diuortio. §. si vir. nu. 7. ff. sol. matr. appellat causam mediatam Rui. cons. 84. nu. 7. li. 4.

Et quandoq; proximam, vel vtranque simul, vt not. in l. si mulier. ff. rer. amotar. & in quo differat à dict. Ex, dixi supra eadem dictione.

SVMMARIVM
Dict. Olim & c.

1 *Instrumentum, in quo scriptum est, Titius olim Sempronij, non vitiatur, licet Sempronius adhuc viuat.*

¶ OLim, ¶ Quondã, } tria tempora denotare ¶ Iam, ¶ Dudum, } possũt, glos. l. nec emptio. ff. de contrah. emp. l. 1. §. 1. ver. Olim. ff. de oper. no. nũt. glos. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. dicens, quòd, quãdo aliquis appellaretur Titius filius Seij, qui esset mortuus, suppleri deberet vna ex dictis dictionibus, Bar. l. insulam. in fi. ff. de acqui. re. domin. & est casus in C. Raynaldus. de testam. Abb. c. 1. nu. 3. de cler. excomm. dicit, quòd quandoq; hæ dictiones ponunt qualitatem de prȩterito, & remouent de prȩsenti. Quandoq; ponunt de præsenti, allegando vulgarem versiculum.

Olim, iam, dudum, quondam tria tempora signant.

Vnde ex d. glos. in l. Nec emptio. dicebat Bar. in d. l. 1. §. hoc autem edictum. de quo supra. De no. oper. nunt. non vitiari instrumentum, in quo di-
1 ctum fuit, Titius olim Sempronij, licet adhuc Sempronius viueret: quia dictio Olim etiam tempus præsẽs significat, Abb. c. cùm contra. de pig. & alijs cautionibus. quem sequitur Alex. d. §. Hoc autem. nu. 4. & cæteri crebriore calculo, & inter alios Rui. cons. 70. nu. 11. li. 2. & hoc ne vitietur instrumentum, nisi subiecta materia aliud suadeat, Sebast. Medices trac. Mors omnia soluit. par. 1. nu. 93.

Licet aduersus Bar. scripserit Barb. c. cùm olim. de offi. de leg. cui subscripsisse videtur Ias. d. §. hoc autem edictũ. multis medijs. & sic quòd præteritum tempus tãtùm significent, dicens nihilominus à Bartholi opin. non esse recedendum.

Vera igitur conclusio est, ꝙ dictiones eiusmodi rem nunc non esse significant, nisi subiecta materia aliud suadeat, Feli. c. si. in prin. de testib. cogend.

SVM-

SVMMARIVM
Dict. Omnimodo.

1 *Statutum, quòd iuramentum faciat omnimodam probationem, excludit probationem in contrarium.*

2 *Inuestitura cum mero, & mixto imperio, & omnimoda potestate quid importet.*

3 *Concessio, quantumuis vniuersalis, reseruata Principibus in signum supremæ potestatis non comprehendit.*

4 *Prohibitio alienationis à testatore in perpetuum continet tàm alienationem legis, quàm hominis.*

¶ OMnimodo, est dictio generalis, quanlibet speciem generis includens, glos. in Cle. Quàmuis. in ver. Omnimodam. de fo. compet. ita vt omnē casum comprehendat, glos. l. si cum exceptione. §. quatenus. ver. Omnimodo. & ibi Bar. ff. quod met. cau. Gemin. cons. 15. Ias. in §. curare. nu. 4. Institut. de action. Gramm. Voto 31. nu. 3. Alci. cons. 37. nu. 25. li. 9. Ceph. 153. nu. 3. li. 2. & habeat latissimum significatum, vt ait Rol. cons. 75. nu.
1 13. li. 3. vbi quòd statutū, quòd iuramentum faciat probationem omnimodam, probationē in contrarium excludit, ac si dictum esset, plenissimam probationem.

Quandoq; perpetuitatem denotat, d. §. quatenus. glos. & ibi Anch. in Clem. 1. de vita, & honest. cler. Ang. §. quadrupli. vers. sed furti. Institut. de act. Dec. c. at si clerici. nu. 12. de iud. & cōs. 1. li. 1. Soci. l. 1. §. per seruū. ff. de acquir. possess.

Et plenariam potestatem, Soci. cons. 43. nu. 12. li. 4. Rui. 61. nu. 25. li. 5. in Principe, qui cōcessit omnimodas vices suas in procedendo, declarans dictiones omnimodas .i. plenissimas; ita vt possit procedi more regio. Quod facit pro de-
2 claratione inuestiturę feudatarijs Ducibus Vrbini à Paul. 3. Pontif. & prædecessoribus eorum concessæ cum mero, & mixto imperio, & omnimoda gladij potestate, ducali dignitate, potestate, iurisdictione, & authoritate, de qua clausula fusè docet Vascus li. 1. de cōtrouer. Illust. c. 3. nu. 9,

Dicit tamen Bal. in l. fi. C. de contrahen. emp. & Dec. cons. 356. quòd ea dictio congruam recipit interpretationem à iure communi, & ideo in conces-
3 sione, quàmuis vniuersali, non veniunt reseruata Principibus in signum supremæ potestatis, Rot. decis. 119. in nouis, & 460. in antiq. Rol. cons. 74. nu. 21. cum seqq. in 3.

Interpretatur etiam, idest sine distinctione, d. §. quatenus. & idem, quòd dictio Penitus, glos. Clem. idest. de supplen. neglig. præl. Rui. cons. 147. nu. 12. in 2. in testatore prohi-

prohibente alienationem bonorum omnimodo, & in perpe-
4 tuum, vt comprehendatur tàm hominis, quàm legis alienatio.

Et vbicunq; à lege disponitur, vt aliquid omnimodo, vel omnino fiat, nunquàm inferior dispẽsare potest, vel legem cõdere contra id, quod à maiore dispositum est, Io. And. & alij Clem. vt hi, qui. de ætat. & qualit. Thom. Doccius cons. 154. nu. 12.

SVMMARIVM
Dict. Omnino.

1 *Fideicommissum ex quibus verbis inducatur.*

2 *Moræ purgationem quid impediat:*

¶ OMnino, est dictio præcisa, & idem importat, quod indistinctè, & ex omni parte, l. si cum exceptione. §. quatenus, & ibi glos. ff. quod met. cau. Alex. l. moribus. nu. 29. ff. de vulg. Ias. l. quod te. nu. 28. ff. si cert. pet. Bertr. cons. 76. nu. 5. li. 2. Rol. 84. nu. 22. in 1. Et posita cum negatiua idem denotat, quod Nullo modo, l. 1. cum rubr. C. de glad. libro 2. Soci. l. qui vsumfructũ. nu. 8. de ver. obl. & necessitat, ac rem pręcisam facit, vt ait Sali. Auth. litres. C. de secun. nupt. & habet executionem paratam, Bar. l. 1. ff. iudic. sol. Aemil. cons. 69. nu. 1.

Et habet locum indistinctè, nec habita distinctione, an quis sciat, vel ignoret, glos. in l. si autem. ver. omnino. ff. de rei vendic. Cur. Iu. in l. more. nu. 97. ff. de iurisdic. om. iud. Rui. cons. 154. nu. 8. li. 1. & 150. nu. 17. in 2. Rol. 100. nu. 144. in 2. Rimin. Iu. 413. nu. 21. li. 4. Paris. 38. nu. 78. in 3. Grat. cons. 1. nu. 33. in 1. & 66. nu. 4. in 2.

Et dicit Bal. in c. contentio. nu. 25. ff. de offi. deleg. quòd ea dictio intelligitur, idest sine aliqua conditione, & Abb. in c. non magno. nu. 5. ne cler. vel mon. & c. qualiter, & quando. 2. de accus. quòd excludit dispẽsationem, & omnem gratiã.

Et importat omnem casum, & sine vlla distinctione personarum, Anchar. Q. 71. nu. 8. cuius virtute inducitur etiam
1 fideicõmissum absolutũ, Ceph. cons. 624. Petr. a Petra insignis doctor trac. de fideic. q. 11. nu. 533.

Et ideo priuilegium, vt quis ab omnibus omnino muneribus excusetur, interpretandum est, vt ab omni officio, & seruitio excusetur, tex. & ibi Iac. Cuiac. in l. 2. C. Theod. de episc. & cler.

2 Imò & moræ purgationem impendit, vt in emphiteuticario priuati, qui canonem debito tempore non soluit, decis. delph. 576.

Aduerte tamen, quòd licet dicta vox sit præcisæ significationis, vt sup. & c. & si Christus. vbi Abb. de iureiur. l. in naui Saupheij. ff. loc. Grat. cons. 66. nu. 7. li. 2. nihilominus recipit determinationem cōgruā, l. si stipulatus sum damam. ff. de verb. oblig. Bal. l. si super rebus. nu. 2. C. de contrah. empt.

SVMMARIVM
Dict. Palàm.

1 *Notoriū, Manifestum, Liquidum, Clarum, in quibus differant, remissiuè.*

2 *Testes famam probantes, si dicant publicè dici audiuisse in ea ciuitate, vel loco, an probent.*

3 *Testes de fama allegare debent causas probabiles, quibus populus ad sic credendum motus fuerit.*

4 *Famam probatā nunquàm satis fuisse ait Grammaticus.*

5 *Famæ probatio adeò difficilis, vt ad eam probandam vix iurisperiti sufficiant.*

P

¶ PAlàm, aliquando intelligitur coram multis, l. palàm. ff. de ver. sig. vbi Vlp. li. 11. ad edic. dicit, Palàm est coram pluribus. Differunt Palàm, & Publicè quid fieri; quia Palàm fieri dicitur coràm pluribus putà duobus: at Publicè, quod fit corā populo, vt docet Alci:
1 d. l. Palàm. propè fi. vbi etiam, in quo differant Notorium, Manifestum, Liquidum, Clarū.

Paul. à Cas. inducit hoc in l. hæredes palàm. ff. de testam. ad q. si testes de fama deponentes in causa, vt aiunt, scientiæ, dicant quia publicè dici audiue-
2 runt, vt non sufficiat: quia fama non dicitur, nisi à maiore parte populi: publicè autē dici potest, quod in plateis, vel locis publicis dicitur à pluribus.

Dicit tamen Dy. contrarium consuluisse per l. 3. ff. ad Maced. Alci. supra in fi. dicit, quòd si testis asserit ita affirmari in Vrbe, pro inde erit, ac si extare publicam famam dixisset, licet alij controuertant, quocum tandem Saly. in l. ea quidem. nu. 3. cum seqq. transiuisse videtur: Bal. in c. litteras. de pręsump. exponit vocē publicè, idest coram populo, & vicinis, & ideo testem probare: idemq; in c. per tuas. de probation. & c. præterea. de test. & in l. 3. ff. de test. Cassad. tit. de probat. decis. 7. Alex. cons. 102. li. 7. Calcan. cons. 8. Paris. 52. in 3. Ferret. 166. nu. 19. & sic iudicari Mediolani Clar. in praxi. §. fi. q. 6.

In diuersam sententiam transiuit Bar. in l. de minore. §. tormenta. & §. si plurium. ff. de quæst. & in l. 3. §. eiusdem. de testib. Ang. l. 3. ff. ad Maced. & de communi Imo. d. l. hęredes palàm. Aret. cons. 103. Alex. 151. li. 5. Dec. c. in pręsentia. nu.

nu. 21. de prob. & in c. veniẽs. de testi. & in c. dilecti. nu. 13. de appell. Curt. Iun. conf. 52. nu. 5. dicens, testes allegare de-
3 bere causas probabiles, ex quibus populus ad sic credendum motus fuerit: quod & prius sẽsisse videtur Alex. conf. 25. nu. 5. li. 4. dicens oportere, quòd appareat, famã à grauibus hominibus originem traxisse, & causis rationalibus, quod & Ias. conf. 3. & 78. li. 3. probare videtur, & decisio Tholos. 379. ita vt nimirum sit, quod Gram.
4 conf. 426. dicit, quòd tempore vitæ suæ non vidit processum, in quo fama concludenter probata fuerit, & fatetur Clar. supra, vers. Postremo, quòd probatio famæ est adeo difficilis, quòd ad eam probandam vix
5 iurisperiti satis essent idonei.

Ego autem in hac controuersia totum hoc negotium iudicis arbitrio relinquerem: qui ex grauitate causæ, testium, & reorum qualitate, & testimoniorum verisimilitudine magis scire potest, quanta sit fides testibus adhibenda, l. 3. ff. de test. & ita pluries seruaui.

¶ Pariformiter, & } repetũt qua-
¶ Pariter. } litates pręcedentes, & important idem esse in iure, §. 1. vbi not. C. commu. de success. c. Venerabilem. §. quòd autem. de elec. Alci. conf. 62. in princ. & 131. nu. 6. li. 9.

¶ Penè, idem significat, quod dictiones Quasi, & Quodámodo, idest fictionem, & improprietatem, l. fi. C. de impub. & alijs substit. l. patris, & filij. C. de vulg. & pupill. vbi Ang. Imo. Alex. Ias.

Et imminuit parum de significatione eius, cui adijcitur, Abb. c. dudum. nu. 9. de elec. & c. vestra. nu. 11. de cohab. cler. & mulier.

Et inducit consequentiam, Alb. l. 2. §. 1. C. de vet. iu. enuclean. Old. conf. 44. in fi.

Et idem de dict. Ferè, vel Quasi, secundum Abb. supra.

¶ Partim est dictio, quæ necess. iterationem non requirit, l. 2. ff. de orig. iu. & apud Au. Gel. Partim hominum, de quo aduerbio fusius Alci. li. 7. Parerg. c. 20.

SVMMARIVM

Dict. Penitus.

1 *Promittens aliquem penitus indemnem conseruare, comprehendit omnem casum.*

2 *Mater etiam à legitima excluditur, statuto penitus à successione filij eam repellente.*

¶ PEnitus, idẽ est dicere, quod
1 indistinctè, Omni casu, & In totum, l. fi. vbi not. C. de edic. di. Adr. toll. c. super eo. de hæret. de quo Grat. conf. 86. nu. 3. in 1. in eo, qui promisit

peni-

penitus indemnem fideiussorem conseruare.

Et multò magis, vbi esset geminatio, nempè promisit indemnem, & penitus sine damno conseruare, vul. l. Balista. Ad trebell. vt scripsit idem Gratus cons. 65. nu. 23. eo. lib. de quo supra ver. Omnimodo, & infrà ver. Prorsus. Et quòd in totum excludat, est text. & ibi not. Abb. in c. sedes. de rescrip. & in §. item mutum. Institut. quib. non est permiss. fac. testã. Archi. c. 1. de offi. ord. li. 6. Tiraquell. l. si vnquàm. ver. Reuertatur. nu. 78. C. de reuoc. donat. Et idem significat, quod dictio Omnimodo, Rui. cons. 117. li. 3.

2 Insuper inducit exclusionem etiam à legitima, statuto matrem à successione penitus excludente, etiam si matri in testamento aliquid sit relictum, vt ex Rui. cons. 41. nu. 8. li. 3. & Paris. 58. nu. 11. li. 1. videre est.

SVMMARIVM

Dict. Per.

1 *Statutum si prębeat iurisdictionem cognoscendi delicta, eius officij tempore perpetrata, & quis tempore vnius fuerit vulneratus, & tempore successoris sit mortuus, ad quem cognitio pertineat.*

2 *Vulnus si illatum fuit tempore prędecessoris, & mors secuta sub successore, ad quem pertineat pœnæ portio.*

3 *Differre quid dicatur, si Titius ad vndecimũ annũ venerit, vel peruenerit.*

¶ PEr, denotat causam instrumentalem, vt si per nunciũ, vel epistolam contraho, Bal. l. ex arrhali. C. de act. emp.

Et significat continuationem, Bal. l. si super longi. C. de prę scrip. lon. temp.

Et si fuerit composita, regulariter ad perfectionem, integritatémq; refertur, l. vrbana familia. §. pernoctare. ff. de ver.
1 sig. Et ideò dicit ibi Alb. si lex Prætori in delictis sui officij tempore perpetratis, iurisdictionem mandet, cum prioris tempore quis vulneratus fuisset, & sub successore perijsset, neutri ius cognoscendi esse, cũ integrum delictum neutrius tempore factum sit.

Quod & probasse videtur Ang. de Gambel. trac. de testam. glos. 80. nu. 35. respectu tamen significationis, perfectionis, & non decisionis.

Sed reclamat Alci. d. §. pernoctare: quia qui lethifere percussit, quoàd se omne delictum perfecit, l. fi. §. sicut. ff. de bon. eorum. & ideò ad priorem magistratum causæ cognitionem pertinere, l. diuortio. §. si vir. vbi Alex. ff. Sol. matrim. A quo autem delinquens veniat puniendus, & cui pœna applicetur. docet Ias. l. more. de iurisdic.

om. iud. & ante ipsum Alex. l. diuortio. §. si vir. ff. Sol. mat. de quibus Cott. memorab. ver. Statutum.

Quod & mihi quoq; arridet vulg. ea ratione, ne delinquentes impunè pertranseant.

Quandoq; etiam abnegatiuè sumitur, vt perfidus, periurus, Alci. supra.

Quandoq; pro valdè, vt lex perdifficilis, perdignus, perdiligens, Cic. ad Att. li. 1. & alibi sæpè apud eos, qui humaniores litteras profitentur.

Et adiecta implemento temporis perfectionem significat, l. si cui. de leg. 1. Soci. l. non
2 putabam. de cond. & demon. vbi facit differentiam, quòd dicatur, si Titius ad vndecimum annum venerit, vel peruenerit; vt priore casu, satis sit annum attigisse. 2. requiratur anni perfectio: & an tempus in accusatiuo, vel ablatiuo, & an in singulari, vel plurali positum sit, de quo etiam in l. si in annos. de cond. & demon.

¶ Perfunctorie, denotat, quid fieri leui cura, & aliud agendo, aduerbium est, quo iure consulti vtuntur, Alci. li. 4. de ver. sig. col. pen.

SVMMARIVM

Dict. Perindè.

1 *Legitimatus Principis rescripto an verè, & propriè legitimus dicatur.*
2 *Legitimatus à Principe an admittatur ad emphyt. pro se, & fil. legitimis.*
3 *Legitimatus an excludat fęminas, stante statuto quòd stãtibus masculis.*
4 *Restitutus perinde, ac si nunquam bannitus fuerit, bona, & fructus recuperat.*
5 *Statutum si mandat aliquem puta fugientem è carceribus teneri, ac si confessus fuisset, quomodo teneatur fugiens.*

¶ PErinde, fictionē denotat, l. sacrilegij. vbi glos. ff. ad l. Iul. pecul. Decis. pedemon.
1 109. nu. 9. vt legitimatus Principis rescripto verè, & propriè legitimus nō dicatū Bal. ad spec. ti. de succes. ab in test. Alex. cons. 11. nu. 4. in 1. Cur. Sen. 13. 16. 36. Dec. cons. 284. 310. Cot. 316. in memoriali ver. Legitimati, Natt. cons. 626. Rol. 82. nu. 4. li. 5. vbi idem de dictione Quasi, & Tanq; ita vt eo
2 modo legitimatus ad emphyteusim pro se, & filijs legitimis nō admittatur Bal. l. fi. C. de ijs, qui ven. ætat. impet. Cot. supra: quod facilè credendum in bonis emphyteuticis ab ecclesia. Bal. l. generaliter. C. de instit. & substi. sub cond. & subst. secus si à priuato, quã-
3 do legitimati illi, etiam stante statuto, quòd stantibus filijs mas. fęmina excludatur admittatur, vt pleno cornu congerit Tobi. Non. cons. 8. nu. 8.

Contrarium probare videtur Me-

Menoch. conſ. 20. nu. 19. li. 1. dicens, quòd poteſtas legitimādi ſpurios perinde, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati, æquiparat eos legitime natis allegat Crauet. conſ. 45. & Dec. 361. Soci. 240. li. 11. quorum opi. ex vi dictionis predictę, & fauore legitimationis amplectenda videtur. In hoc tñ articulo poſt Bar. in l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſ. & Alex. conſ. 11. in 1. videndus eſt Car. Mol. in add. ad eum.

Et quandoq; improprietatem l. 1. ff. de receptat. Dec. rub. de proba. nu. 8. qui tamen, nu. 9. animaduertit, quòd in ijs, quæ ſunt iuris hæc dictio Videtur, & ſimilia, veritatem exprimunt, allegat Bar. l. is, qui pro emptore col. 24. ff. de vſucap.

Et quandoq; omnimodam ſimilitudinem deſignat, d. l. 2. ff. de recept. l. ſed ſi lege. §. perinde. vbi Ang. de pet. hæred. Crot. conſ. 27. vbi, quòd
4 reſtitutus perindè, ac ſi nunquam bannitus fuerit, recuperat bona, & fructus, quod, & probat Rol. conſ. 45. nu. 31. li. 4. Grat. conſ. 137. in 1. Rui. 54. in 3. 169. in 4. & 43. in 5. aliud autem, vt euitetur aliarum legum contrarietas, Alex. in l. ſi quis, ex eo tex. nu. 2. ff. de acqui. poſ. Dec. conſ. 361. Menoch. caſu 315. nu. 13.

Inſuper, hęc dictio, & Ac ſi, relationem faciunt cum omnibus qualitatib. & conditionib. l. ſi finita. §. ſi quis metu. ff. de damno infec. Vbi Ang. poſt Bar. allegat illum tex. ad hoc, vt ſi lex, vel
5 ſtatutum mandat, aliquem teneri perindè, ac ſi confeſſus fuiſſet interpretari debet, quòd teneatur eo modo, & ordine, & vſq; ad id tempus, quibus, & vſq; ad quod teneretur, ſi vera confeſsio facta foret; de quo etiam Soci. conſ. 62. nu. 21. li. 4. & Alci. l. 1. nu. 22. de leg. 1. & l. 1. nu. 8. de verb. oblig.

SVMMARIVM
Dict. Per omnia.

1 *Statutum quòd nullus prior creari poſſit, niſi ſit eius originarius, an obſtet ei, qui reſcripto Principis ciuis admiſſus ſit per omnia.*

¶ PEr omnia, reſpicit omne tẽpus Rui. conſ. 64. nu. 24. li. 3. & trahitur ad futura Rui. conſ. 102. in 3. nu. 12. & 43. li. 5.

Et interpretatur, ideſt indiſtinctè, & ſine exceptione, tex. in §. ſed non vſq; Inſtitut. de leg. quod, & probat Iaſ. in l. per omnia quę eſt prima de leg. 1. nu. 13.

Et communiter ibi ſcrib. & eo magis, ſi dicatur in omnib. & per omnia, Alex. Aret. d. l.

1 Aemil. in inuestitura cons. 28. nu. 4.

1 Vndè dicebat Bal. in l. omnes populi. col. pen. de iusti. & iu. quòd stante statuto, quòd nullus ex prioribus creari posit, nisi sit ciuis originarius, si postea rescripto Principis admissus sit ciuis per omnia, poterit esse Decurio, sicut alij originarij: quem probant Ias. supra, Alci. nu. 4. & Zas. propè fi. in priuilegio vni ciuitati concesso cum d. voce Per omnia, vt priuilegijs alterius ciuitatis frui posit.

SVMMARIVM
Dict. Perpetuò.

1 *Legatum de aliquid Ecclesiæ perpetuò prestando, an centum annorum curriculo expiret.*

¶ PErpetuò, quomodo accipiatur, dixi sub dictione, In infinitum, docet Menoch. cons. 95. nu. 4. li. 1. non tamen ommitto, quòd quandoq; accipitur vsq; ad centum annos, Alex. l. soluto. ff. sol. mat. nu. 2. di-
1 cens consuluisse, quòd legatum de certum quid ecclesiæ perpetuò prestando, cētum ann. spacio expirat: prout cons. 9. & 86. li. 1. & quòd licet aliqui cōtrarium senserint: tamen succubuerunt.

¶ Perperam, est dictio contraria dictioni Rectè, de qua supra. i. prauè, & peruersè, Iul. Pau. recep. senten. li. 3. tit. de lega. §. prolatis. Plautus, Semper agit perperam.

¶ Plane, ponitur pro certe, l. fi. ff. de iu. fisci. & pro nempè, l. sed & si mater. ff. de seruit. vrb. præd.

SVMMARIVM
Dict. Plenè.

1 *Legitimandi potestas plena quæ dicatur.*

¶ PLene, & plenissime intelligūt, idest sine aliqua diminutione, Bal. l. precibus. nu. 7. C. de impub. Rui. cons. 100. li. 3. Menoch. in potestate legitimandi plene, & cons. 19. nu. 12. vt plene legitimatus, etiam in emphiteusi ecclesiastica & feudo succedere posit, Gozad. cons. 6. nu. 44.

SVMMARIVM
Dict. Plerunq;.

1 *Incendium sine culpa habitantium factum non præsumitur.*

2 *Incendium si domi Titij ortum sit, vicini pro damno eis illato contra eum agere possunt.*

¶ PLerunq;, dicitur fieri, quod frequenter fit, & facit regula l. si pactum. de probat. Alex. l. si quis iniquum. nu. 3. ff. quod quisq; iu. & in l. qui

plures. nu.3. de vulg. & pupill. Soci. l. si nominatim. nu. 5. ff. de cond. & demon. nu. 5. Decis. Pedemon. 161. nu. 13. & antè eam Bar. l. 1. ex eo tex. ff. de tut. & ration. distrah. & §. fi. Instit. de legit. patron. tut. allegatur l. Plerunq;.ff. de iu.
1 dot. Dec. l. 1. nu.19. ff. de reg. iu. Thom. Doccius cons. 117. nu. 5. dicens, quòd incendium
2 plerunq; fit habitãtium culpa, l. si vendita. ff. de peri. & com. rei venditæ. Vbi consuluit, vicinos agere posse contrà eum, in cuius domo incendium exortum est.

SVMMARIVM
Dict. Pluries.

1 *Compromissum cum auctoritate prorogandi pluries, quot vices admittat.*
2 *Actor, si in libello dixerit de pluribus, de quot intelligi debeat.*
3 *Inquisitus, quòd pluries percusserit, vel quòd plura inflixerit vulnera, pro quot damnari possit.*
4 *Inquisitus, quòd pluribus, & pluribus vulneribus confoderit, pro quot intelligatur.*
5 *Testes dicentes audiuisse à plurib. de quot sensisse credendum sit.*
6 *Testis si dicat Titium, pluribus, & pluribus annis possedisse, de quot interpretabimur.*

¶ PLuries, dictio ternario numero contenta est, c. olim. de rescrip. vbi Bal. inducit hoc
1 ad compromissum, in quo data est authoritas prorogãdi pluries, & idem de dictione Plures, quæ ne dum de duob. necessario capi debet: sed etiam de pluribus capi potest, tex. iuncta glos. in l. qu. ff. de vulg. & pupill. & in l. sed si restituantur. §. fi. ff. de iud. Alex. l. & si post tres. nu. 5. ff. si quis caut. & idem de dictione Plurimus, quæ denotat numerum trium, glos. Auth. de trien. & semis. §. & quod sæpe. vbi Ang. Alex. d. l. & si post tres. nu. 5. & in add. ad Bar. l. si gemina. ff. arb. fur. cæs.

2 Vnde in materia non odiosa, prout in libello ciuili, si actor dixerit de pluribus, & probet de pluribus, quàm duobus, obtinebit iuxtà not. in l. 1. §. si quis argentum. ff. depos. & in l. ea actione. ff. de fur.

In libello autem criminali, & sic materia odiosa, in qua intelligimus, quod minus est, l. si præses. l. si de interpretatione.
3 ff. de pen. si diceretur, quòd quis pluries percussit, vel plura intulit vulnera; de duobus tantùm intelligeremus: nec sequi posset condemnatio pro pluribus, quàm duobus, Bar. d. l. si gemina. ff. arb. fur. cæs. Bal. l.2. §. ignominiæ. ff. de ijs, qui not. infam. Aret. l. continuus. §. qui insulam. ff. de verb. oblig. Ang. in Auth. de trien. & semis. in §. quòd sæpè. Aret. dicta

dicta l. si plures .ff. de vulg. & pup. nisi ea dictio geminaretur
4 dicendo pluribus, & pluribus Bar. d. l. si gemina nu. 7. quia de quattuor intelligeretur. Alex. d. l. sæpè nu. 4. & ità seruatur.
5 Et in probatione famæ si testes dicant audiuisse à plurib. de duobus tátum accipere debemus l. vbi numerus ff. de test. c. pluralis locutio de reg. iu. in 6. Alex. cons. 150. nu. 13. li. 5.
6 Et si testis dicat; quòd Titius possedit, per plures, & plures annos intelligitur de quattuor propter geminationem. Rom. cons. 301. incip. Omnipotentis Dei.

Sed quid in interdicto, vt possidetis, vbi qui plus possedit, obtinet? & tunc, quia indeterminatum tempus sufficit, dictio Plus in teste dicente, quòd quis possedit decem annis, & plus operaretur. l. si dico, vbi Bar. ff. vti possid. Alci. l. hæc adiectio ff. de ver. sig. & c. licet causam de prob.

Multorum autem appellatione duo, vel tres continentur. l. 1. §. hoc rescriptũ. vbi not. ff. ad syllan. & §. 1. Institut. de iu. pers. & in c. latores. de cler. excommun.

SVMMARIVM

Dict. Plus.

1 *Vinum in sacrificio missæ, quid significet, & quid aqua.*

¶ PLus, de modica quantitate intelligitur l. & si post tres vbi glos. & Bal. ff. si quis caution & dixi supra sub dictione, & plus, quæ refertur ad modicam quantitatem Abb. glos. in c. perniciosus de celeb. mis. vbi, quòd in calice poni debet
1 plus vini, quàm aquæ; nam vinum, vt ait Abb. Christum denotat, aqua populum.

Et de tali pluri, quòd non lędat æquitatem, seu arbitrium boni viri Bal. Alex. nu. 9. d. l. & si post tres nu. 9.

Post hac denotat tempus futurum. l. nemo 172. C. Theod. de decurion. li. 12.

SVMMARIVM

Dict. Post.

1 *Testis dictum, quòd Titius possedit post Sempronium, quomodo accipiatur, vt à falso excusetur.*
2 *Statutum, quòd si quis inuentus fuerit cum armis post sonum campanæ quomodo interpretandum.*

¶ POst, & Postea } Sunt dictiones separatiuæ .l. si cui legetur de leg. 1. de quibus affatim dixi supra dictione Ante.

Nec omittendum, quòd ex vi proprietatis actum successiuum, & immediatum denotant l. iurisgentium .§. idem responsum .ff. de pac. Crot. repet. c. 1. col. 3. de constit. in testib. dicentib. Quòd Titius posse-

1 possedit post Sempronium.

Sed licet hæc dictio denotet actum immediatum, vt supra, & probat Gemin. in c. cum appellationibus. col. 4. de appel. & in c. frequens. vbi etiam Franc. de restit. spol. tamen vt saluetur testis à falso, capi potest etiam pro tempore mediato, & sic non à morte Sempronij, vt respondit Capic. decis. 37.

Et dicunt Bal. & Soci. d. §. creditum. quòd vbi dictio Post adijcitur alicui actui successiuo, qui ad eius perfectionem non habet certum terminum pręfinitum, significat actum cęptum, sed non finitum.

2 Vndè inferunt ad quæstionem, dicit statutum, quòd si quis inuentus fuerit cum armis post sonum campanæ, vel faciat aliquod delictum, vt pęna dupplicetur, sat est, quòd cœperit sonare propter vim dictionis, Post, adiectę actui successiuo.

Sed ijs ego subscribere non possum, quia pulsatur campana, vt moneantur homines, post completum sonitum per ciuitatem vagari, vel arma ferre nō licere; non vt cępto sono, domum redeuntes, à satellatibus capiantur. Quinimò in Auditorio Vrbinensi vidi pluries habitam fuisse rationem loci, in quo quis reperitur, quando campana pulsari cępta est: vt antè finem sonitus domum redire potuerit: vbi Dux Serenissimus tàm facilè subditos eius illaqueari non patitur.

Et de dictione Postea dicit Pa. à Ca. in l. quoties. §. si quis ità .ff. de hæred. instit. quòd denotat ordinem intellectus, non temporis ex tex. ibi.

Et pariter denotare possunt actum sequentem, factum incontinenti, vel ex interuallo ex sermonis proprietate; quia significant omne tempus sequens, incipiendo incontinenti, l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. Io. Bolog. l. post dotem. nu. 40. sol. mat.

Et ad modicum tempus restringuntur, l. si in lege. §. colonus .ff. loca. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter .ff. ex quib. cau. maio. vbi Odof. nu. 3.

Et significant extremitatem, & lapsum totius temporis, Pa. à Cas. cons. 117. nn. 5. li. 1.

Et tractum temporis habent, vt docet Alci. cons. 5. li. 4. nu. 40. & interuallum ostendit. l. in bonę fidei. C. de pact. Couar. li. 1. variarum resol. c. 14. in princ.

Et inducunt conditionem, Alex. l. si legetur. §. hoc autem. nu. 2. de leg. 1.

¶ Postquàm, includit omne tēpus anterius, l. Aemilius .ff. de minor. Bar. l. 2. ff. si cer. pet. Alex. l. fructus. ff. sol. mat. Paris.

ris. cons. 31. nu. 83. li. 1.

¶ Præcipuè, exprimit casum minus dubitabilem, & implicat casum minus dubium, Soci. Iu. cons. 86. nu. 9. li. 2.

SVMMARIVM

Dict. Præcisè.

1 *Constitutio, quòd Iudex statuti formam ad vnguem, pręcisè, vel prout verba sonant, vel ad litteram accipiat, an interpretetur saluo semper recto intellectu.*

¶ PRæcisè, denotat, quòd quid absolutè & ad litteram exequatur, l. semper. §. demostratur. ff. de iu. immun. Bal. rub. de constit. nu. 11. Abb. c. ex parte. ex eo tex. nu. 5. de rescrip. vt idem importet, quod absolutè, & sine causæ cognitione, & ibi add. Ità vt nunquàm excludatur honesta, & legitima interpretatio à iure proueniens, Bal. l. omnes pup. 6. q. princ. de iust. & iu. Menoch. cons. 132. li. 2.

Corsettus ad indicem Abb. ver. dictio Pręcisè: allegat Bal. in d. c. ex parte. quòd statutum, quòd reformationes præcisè seruari debeant, legitimas defensiones non excludat; & eundem Bal. in l. commissione. C.
1 de pac. inter emp. quòd statutum, quòd Iudex statuti formam ad vnguem, vel pro vt iacet, ad litterā intelligatur, saluo semper bono intellectu, interpretandum est: quia litera occidit, & c. Tamen ipse post multa concludit in statuto, in quo verba propriè accipiuntur, quòd ea dictio capiatur propriè, & sine causæ cognitione: alleg. Ang. cons. 53. in fi. quod est remotiua omnis obstaculi, de quo fusius à Cotta libro memorialium. ver. Statuto cautum est.

SVMMARIVM

Dict. Præsertim.

1 *Sententia, in qua Iudex plures causas expressit, si quę cum dictione pręsertim expressa falsa sit, an sustineatur.*

2 *Verba in statutis propriè capiuntur.*

¶ PRæsertim, ponitur pro maximè, Innoc. c. litteras. de restit. spol. Abb. c. cum voluntate. nu. 6. de senten. excom. Gemin. cons. 16. col. 3. in fi. & significat, ꝙ idem sit in casu contrario, glos. in l. illud. ff. ad l. aquil. Abb. c. discretionem, nu. 9. de eo, qui cogn. consang. vx. & c. prout nu. 16. de dolo, & cont. Grat. cons. 4. nu. 62. li. 1. Natt. 590. nu. 4. li. 3. de qua supra in dictione Maxime.

1 Et operantur hæ dictiones Pręsertim, Pręcipuè, vel Maximè, vt sustineatur sententia, in qua Iudex plures causas expressit, licet expressa, per dictio-

ctionem, Pręsertim, falsa reperta sit: quia ea dictio includit, vt etiam ex alijs causis motus fuerit Abb. c. tum ex literis. nu. 7. de restit. in integ.

2 Propriè autem eiusmodi dictiones stant cōparatiuè: quod pro statutis notandum, in quib. verba propriè capiuntur, Abb. c. per tuas. nu. 5. de Simon.

¶ Pręterea, continuat materiam ad præcedentia, & ponitur pro Item, & repetit omnes qualitates pręcedentes in sequentes, §. præterea. Institut. qui. non est permiss. fac. test. §. præterea. Institut. qui. mod. ius patr. pot. sol. de qua Grat. cons. 163. nu. 40. li. 2. & dicit Tit. in Auth. Præterea. C. vn. vir, & vx. quòd hæc dictio importat continuationem addendo.

SVMMARIVM

Dict. Præter.

1 *Statutum, quòd hebręi non possint capere pro vsuris vltra duos denarios pro libra, an permittere videatur, vt vsura exerceatur vsq; ad illam summam.*

¶ PRęter, inclusiuè capitur, l. 1. in fi. ff. de pigno act. l. scio. §. vxoris. vbi Bar. ff. de ann. leg. l. si ità legatum. vbi Bar. Sali. Comen. Ias. de leg. 1. l. falsus. vbi Fulg. C. de fur. Tiraquel. de retrac. lignag. glos. 11. nu. 73. l. sed & hæc. ff. de procur. & hoc quando oratio affirmatiua præcedit.

Et quandoq; exceptiuè, l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de penu leg. Soci. Iu. cons. 36. nu. 12. li. 1. Curt. l. actione. nu. 7. C. de trans. Bal. auth. hoc amplius. vbi Bal. C. de fideicom.

Et aliquando interpretatiuè, Bal. supra. nu. 13.

Quandoq; exclusiuè, l. nullum. ff. de diuor. & hoc cùm præcedit negatiua, Innoc. c. fi. de elec.

Et natura huius dictionis est, vt quando sumus in materia pœnali stet ampliatiuè, Bar. Cur. nu. 8. d. l. actione. in illa q. an si statutum dicat, quòd hebręi non posśint capere pro vsuris vltrà duos denarios pro
1 libra, intelligatur eis concessum, vt posśint vsuram exercere: in qua negatiuè concludendum, Bal. in aut. ad hæc. col. 3. c. de vsu. Alex. l. si cùm. §. iniuriarum. nu. 17. ff. si quis caut. in quo tamen amplius deliberandum: quia saltem tacitè vsura concessa videtur vsq; ad illam summam: aliàs statutum absq; virtute operandi, & otiosum redderetur.

Et dicit Bal. in c. dudum. nu. 77. de dec. quòd quando hæc dictio aduersatur, vt est, quando pręcedit genus, à quo excipit aliquam speciem, stat exceptiuè, vt lego Titio omnes

seruos præter Stichum : & ibi ponit super hac dictione doctrinam omnino videndam.

SVMMARIVM
Dict. Pro.

1 *Legatum, pro nuptijs, vel pro nuptui tradendo Bertam, an debeatur, si tunc erat nupta, testatore inscio.*
2 *Familiæ appellatione fœminæ continentur.*
3 *Legatum pro conseruanda familia an fœminas comprehendat.*
4 *Statutũ, quòd quis habeatur pro ciue, quomodo accipiatur,*

¶ PRo, facit modum, l. cùm mota. C. de transac. l. si quis pro redemptione. C. de donat. Alex. l. in ratione. §. tam & si. nu. 3. ff. ad. l. falc. Rui. cons. 60. li. 2. Menoch. 146. nu. 21. li. 2. Ceph. 429. nu. 103. in 3. Grat. 68. nu. 22. in 2.

Et non facit conditionem: sed significat causam, Rui. cons. 124. li. 2.

Et denotat causam finalem, l. procurator, qui. ff. de procur. Bal. l. 1. col. pen. C. per quas pers. nob. acq. Soci. cons. 127. li. 2. Dec. 46. Rui. 23. nu. 19. in 2. vt cùm dico lego Titium pro alimentis, l. cùm ij. §. si vni.
1 ff. de transac. Bal. l. ex arrhali. C. de act. emp. & quòd denotet causam finalem, non formalem, non impulsiuam, Bal. l. 1. col. fi. C. per quas perso. no. acq. quæ causa finalis importat implementum, sicut cõditio, Aret. cons. 87. & hinc est, quòd legatum pro vestiendo non est transmisibile, quin cessat causa, pro qua factum fuit, Aemil. cons. 10. Mandel. cons. 51. nu. 2. in legato facto mulieri pro nuptijs, si testator ignorabat esse nuptam, vt sit in causa caduci, & apud hæredes remaneat. In quo tamen amplius deliberandum, vt ex eodem consilio.

2 Et iuncta gerundio ablatiui casus, vt si testator dixerit, pro conseruando familiã, fœminas non comprehendit : licet ap-
3 pellatione familiæ fœminæ cõtineantur, Ceph. d. cons. 429.

Et quãdoq; ponitur pro tali, idest loco talis, Bar. l. si is, qui pro emp. ff. de vsucap.

Et quandoq;, pro tanquàm, vt in statuto, quòd aliquis habeatur pro ciuè, Bal. l. si Rufinus. C. de test. mil. Fel. c. cùm M. Ferrariensis. nu. 4. de constit.

¶ Proinde, ponitur pro propterea, & perindè, de qua supra.

¶ Propè, ponit in dictione iuxtà.

¶ Propter, videto supra sub dictione Ob.

SVMMARIVM
Dict. Prorsus.

1 *Promittens omnia, & singula, prorsus attendere & obseruare, ad quid teneatur.*

¶ Pror-

¶ PRorsus, ¶ Penitus, ¶ Omnino, ¶ Totaliter. } omnia, & singula excludunt, quæ in contrarium, excogitari possunt, c. Statutum. §. prouisurus. de rescrip. in 6. ibi, Nihil prorsus exigat, Dec. cons. 113. Zas. 18. nu. 32. li. 2. & significat in totum, c. ex ore. §. fi. extra de priuil.
1 Ceph. de eo, qui promisit prorsus obseruare, cons. 438. nu. 21. li. 3. qui idem de dictione Omnino, de qua suo loco.

Nec omitto, quòd hæ dictiones iunctæ verbo futuri temporis inducunt dispositionem pœnæ ipso facto, Abb. c. in quibusdam. nu. 7. de pęn. Fran. de postul. præl. li. 6. c. 1. Alex. l. imperator. ff. de iu. fi.

Et præcisam habent materiã, c. ad aures, ibi Omnem prorsus actionem excludit. de præscrip. c. statutum. §. prouisurus. ibi, Nihil prorsus exigit. de rescrip. li. 6. Natt. cons. 257. nu. 3. in 2.

SVMMARIVM
Dict. Propriè.

1 *Consuetudo, & vsus superant sermonis auctoritatem.*
2 *Pax, si statuto ab hęrede haberi debet, si plures sine hæredes, an ab vno tantùm sufficiat.*
3 *Indefinita vniuersali non æquipollet ex sermonis proprietate.*
4 *Casus in indefinita comprehensi, impropriè, & non verè continentur.*
5 *Dictio hæres vniuersali æquipollet.*

¶ PRopriè, dictio in eum significatum capitur, in quem ex Prudentum vsu capi solet, l. Alyhenus. l. anniculus ꝑ. de verb. sig. l. Labeo. ff. de fund.
1 leg. auctoritatem. n. sermonis, inquit Quintil. li. 1. c. 5. Superat consuetudo. & apud Horat, Si volet vsus:

Quem penes arbitrium est, & vis, & forma loquendi.

Vnde altercantur doctores, an statuto, quòd pax ab hęrede haberi debeat, satisfactum dica-
2 tur, si ab vno tantùm facta sit, vel ab omnibus requiratur: & pleriq; Oldradi sentẽtiam probauerũt, nempè quòd satis sit, si ab vno ex hęredibus fiat, ex quo lex in singulari numero loquitur, quæ est propriè intelligenda, & indefinita non æquipollet vniuersali ex ser-
3 monis proprietate, sed ex interpretatione, Bar. l. si pluribus, ff. de leg. 2. & casus in indefinita comprensi, non dicuntur expressè, & clare ex vi, &
4 proprietate verbi cõprehendi, sed impropriè, & per iuris interpretationem, vt post Bar. supra probauere Alba. cons. 27. Ceph. 259. nu. 42. & 299.

Sed in specie, de qua supra, crebrior, & receptior est sentẽtia, quòd ab omnibus requiratur, l. in vsu. ff. de verb. sig.

vbi habetur, ꝙ dictio hæres vniuersali ęquipollet ex ijs, quę docent post Vber. de Cremona Castren. Sali. Fulg. in l. 2. C. de libert. & eorum lib. Ang. l. pro hærede .§. fin. ff. de acqui. hære. Feli. qui de communi fidem facit, c. cùm omnes. de constit. Alci. obiecta ex aduersò refellens, in l. Cato. in vltima q. Bar. nu. 194. Did. lib. 1. resol. c. 13. cùm is, quæ pleniore folio dixi in trac. meo de pace. q. 19.

¶ Protinus, idem denotat, quòd dictio Incontinenti, idest ordine iudiciario nõ seruato, & sũmariè, Alex. li. 1. §. in amittenda nu. 3. ff. de acqui. pos. dixi ver. Incontinenti, & Mox. vnde Poeta ille.

Protinus ad censum de moribus vltima fiet.

Quæstio.

SVMMARIVM
Dict. Prout.

1 *Dispositio, se referens, restringitur, limitatur, & declaratur secundum, quod reperitur in dispositione, ad quam fit relatio.*

2 *Priuilegium, vel rescriptum Principis an aliam probationem requirat.*

¶ PRout, est dictio relatiua, Bar. l. edita. C. de eden. Paris. cons. 47. in 3. nu. 46. & ideò
1 dispositio referens, restringitur, limitatur, & declaratur secundum, quod reperitur in dispositione, ad quam fit relatio. Et est relatiua, & limitatiua, Bar. l. edita. C. de eden. Ruber. Maran. disput. 2. nu. 35. Dec. cons. 63. col. 4. & ante omnes fusius tradit Bar. in extraug. Ad reprimendũ. ver. Prout. Bar. Bal. Alex. & cæteri d. l. edita. Gram. decis. 59. nu. 12. Menoch. cons. 177. nu. 26.

Et capitur conditionaliter, & non casualiter, c. 1. vbi glos. & Abb. de confir. vti. vel inut. Gram. supra, in confirmatione priuilegij, dicens idem in dict. Sicut; qui tandem. nu. 24. ex mente Bar. considerat tres casus. Primus est quando dispositio est certa, & nõ apparet id, ad ꝙ fit relatio, & valet. secundus, quando est incerta, & non apparet id, ad quod fit relatio, & vitiatur. Tertius, quando apparet, & est magis strictum, & tunc dispositio restringitur, & limitatur secundum illud,
2 Rom. cons. 336. Feli. c. 2. de rescriptis. dicens, quòd dispositio Principis cum dictione, Prout, aliam probationem non requirit: & idem probat Natt. cons. 160. nu. 19. li. 1. in priuilegio, dicens, quòd aut dicitur, quòd bona ciuium sint exempta prout, vel quemadmodum erant tali tempore; & tunc requiritur, quòd ciues pro-

probent. Aut dispositiue loquendo, quòd bona ciuium sint libera, licet postea dicatur, quemadmodum erant: & tunc secus.

Quandoq; est limitatiua, & restrictiua, Rui. cons. 50. li. 2. Menoch. supra.

Et denotat omnimodam similitudinem, glos. in c. quamuis. in ver. Prout. de offi. ord. li. 6. Bar. d. extrauag. Gemin. cons. 29. col. 2.

Quãdoq; assertiue. Bar. supra, Alci. cons. 1. nu. 37. li. 2.

Quandoq; denotat tempus, & qualitatem, glos. Bar. Cur. Iun. d. l. edita. nu. 228.

Et ideo dicitur, quòd qualificat, & restringit obligationem, & assertionem, Bar. d. l. edita. Ang. de Gãbil. cons. 105. nu. 13.

¶ Prout supra, refert qualitates, & formas expressas, & in pręteritum positas, Bar. l. edita. C. de eden. & trac. Ad reprimendum. supra. Et particula Supra refert qualitates distinctè, vt prędixerat, §. sanè in proemio decret. Dec. cons. 183. & 227. nu. 2. Menoch. cons. 26. Soci. 295. & 269. nu. 33. li. 3. Paris. cons. 47. nu. 46. li. 3.

Et habet causam excitatiuam, Bal. cons. 264. propè fi. li. 3.

Et an hæc dictio, & dictio Sicut, & Secundum, faciant conditionem, docet Soci. Iu. cons. 181. nu. 64. li. 2. dicens, quòd dictiones, Prout, Secundum, & Sicut, non faciunt conditionem, nisi habeatur certitudo in eo, quod relatum videtur, l. pen. C. de instit. & substit. vbi Dec. sic nodum hunc declarat, & soluit.

Et quando ad futurum refertur, stat limitatiuè, Natt. cons. 484. nu. 26. cum seqq. li. 3.

SVMMARIVM

Dict. Prout de iure.

1 *Rescriptum, aliquid concedens cum clausula, Prout de iure, quid inferat.*

¶ PRout, cum adiectione iuris, vel de iure qualificant pręcedentem concessioné, vt Prin-
1 ceps nihil dispenset: sed referat se ad ius, & nihil addat, c. 2. de confes. li. 6. Feli. c. 2. de rescrip. Alex. cons. 9. li. 5. Alci. 36. nu. 9. li. 6.

SVMMARIVM

Dict. Qualitercunq;.

1 *Promittens non offendere qualitercunq;, etiam pro leuibus offensionib. tenetur.*

¶ QValitercũq;, ex eius proprietate etiam in minimo verificatur, l. etiam. ff. Sol. matr. & etiam comprehendit, quæ excogitari possunt, Bal. l. cùm virum. C. de fideicomm.

Ay.

Ay. conſ. 105. Rimin. Iu. 68. Grat. conſ. 73. nu. 10. in 2. in
1 eo, qui promiſit non offendere qualitercunq;, vt etiam ex minima offenſione ſit controuentum. Sed quid de verbali offenſione? dixi in trac. meo De pace, inducijs, & promiſsionib. de non offendendo. q. 91. nu. 4.

¶ Quandiù, denotat tempus perpetuum, l. ſufficit .ff. de cond. indeb. Bar. l. 1. ff. de cond. & demon. & dicit gloſ. in Clem. quandiù. de appell. quòd dictio Quãdiù operatur, etiam ſi decies millies anni effluxerint, Soci. conſ. 51. nu. 44. li. 3.

Et facit legatũ annuũ, primo anno purum, & ſequentibus conditionale, Rui. conſ. 43. & 190. li. 2.

Et habet vim conditionis, Bar. ſupra: quæ pro parte adimpleri non poteſt, l. cui fundus .ff. de cond. & demon. Alci. li. 8. conſ. 7. nu. 7. de qua dictione dixi plenius ſub dictione Donec, omnino vidẽda.

¶ Quando, iuncta verbo futuri temporis conditionem importat, l. cùm vir. de cond. & demon. l. ſi pupilli .ff. quando dies leg. ced. l. fideicommiſſa .§. hoc autem. vbi Bar. & Flor. de leg. 3. Bero. conſ. 28. nu. 9. & 148. nu. 31. li. 2. Pariſ. 81. nu. 6. li. 1.

Et etiam adiecta executioni, facit diſpoſitionem conditionalem, Rui. conſ. 68. li. 4.

SVMMARIVM
Dict. Quandocunq;.

1 *Pactũ de retrouendendo quando, & quo tempore præſcribatur.*
2 *Promittens ſe facturum, & curaturum, quòd Titius comparebit, an ſit interpellandus.*
3 *Subſtitutio compendioſa ex quib. verbis inducatur.*
4 *Retrouendere obligatus an dici poſſit in mala fide verſari.*
5 *Mala fides à ſcientia rei alienæ cauſatur.*
6 *Mala in fide non dicitur, qui ſcit alijs actionem competere ex iure delato, ſed non dum acceptato.*
7 *Mala fidei non dicitur hæres, qui ſcit legatum, Titio factum, antequàm illud agnoſcat.*
8 *Geminatio multum operatur.*

¶ Quandocũq; & ¶ Quotieſcũq; } licet eorum natura ad infinitatem tendant, vt dixi ſupra verbo In infinitum, Menoch. conſ. 143. & 151. nu. 88. li. 2. quandoq; ex ſubiecta materia reſtringuntur, Bero. conſ. 155. nu. 23. li. 1. & quãdoq; multa tempora comprehendunt, vt conſ. 157. eo. lib. Rui. 77. nu. 13. in 2.

Et ea infinitas intelligitur vſq; ad 30. annos, Rub. conſ. 3. nu. 7. poſt Bar. & Alex. l. 2. C. de pac. inter empt. & vendi.

Ceph.

1 Ceph. conſ. 168. nu. 33. li. 2. & 329. nu. 41. li. 3. in pacto de retrouendendo, in quo Aemilian. conſ. 9. distinguere videtur, quòd aut ſumus in prȩſcriptione merè odioſa, inducta in odium negligentis petere, vt in prȩſcriptione 30. an. quæ ſine aliquo tit. currit; & tali prȩſcriptioni pacto renunciari non poſſe, etiam quòd quis promittat retrouendere quandocunq; , & ad omnem venditoris requiſitionem. Aut in prȩſcrip. fauorabili, vel mixta, vt eſt vſucapio, & præſcriptio. 10. vel. 20. an. requirens titulum, & bonam fidem, & in ijs renunciationem valere, & clauſulas eiuſmodi operari, allegat Bar. in l. nemo poteſt. de leg. 3. Nec emptorem promittentem eſſe in mala fide, ex quò poſsidet rem propriam, & cum titulo.

Habentq; dictæ dictiones diē incertam, quæ prȩuideri non poteſt, vndè neceſſaria eſt interpellatio, Alex. l. inſulam. de ver. oblig. Alci. conſ. 145. li. 5. in eo, qui promiſit, ſe facturum, & curaturum, quòd ali-
2 quis quotieſq; comparebit, vt interpellari debeat; aliàs pȩna non comittatur.

Inſuper, denotat temporis reiterationem, ſeu perpetuitatem, l. 2. ff. qui mod. vſusfr. amit. Albe. l. de quibus .ff. de leg. Menoch. conſ. 143. li, 2. omnino videndus.

3 Et dicta dictio quandocunq; eſt generalis, & inducit compēdioſam habentem effectum, quandocunq; contingat grauatum decedere, gloſ. in l. precibus. C. de impub. Alci. conſ. 100. li. 9.

4 Sed, ꝙ ille, qui ſcit ſe obligatum retrouendere, ſit in mala fide, nec interim prȩſcribere poſsit præciſè in pacto de retrouend. reſpondit Fulg. conſ. 122. & 156. Rui. 111. li. 1. Ceph. 40. nu. 19. in 1. qui in principali q. nempè in promiſsione de retrouendēdo ſub dictionibus Semper, & Quãdocunq; reſpondit in fauorem communitatis Nouarum non obſtante triginta ann. lapſu.

Tanquàm, voces illæ præſertim geminatæ denotent temporis infinitatem, Ang. l. quòd ſi nolit. §. ſiquid ita .ff. de edil. edic. Barb. conſ. 51. nu. 12. li. 1. & dixi ver. Quotieſcunq;, & ver. In infinitum. Et licet in diuerſam ſententiam adducat Boer. Deciſ. 182. & 351. Gozad. & Cag. l. 2. C. de pac. inter. empt. & vend. q. 8. Ay. conſ. 71. Soci. Iu. 145. nu. 40. in 1. Tiraquell. de retrac. §. 1. gloſ. 2. de communi teſtantes, vltra ea, quæ ſupra deduxi: nihilominus ipſe diſtinguit, quòd aut eiuſmodi dictiones à lege proferuntur, & tunc fit reſtrictio ad tempus 30. ann.

Aut

Aut ab homine, & tunc res restringuntur in casu, quo prę-scriptioni prædictæ renunciari non potuerit : aliàs earum naturam retineant ; & sic inhæret declarationi, Rui. d. cons. 111.

Alci. post alios in l. petens. nu. 20. C. de pac. sententiam Bal. cons. 323. li. 1. & Ang. 55. receptiorem credidit ; sed respectu malæ fidei, in qua emptorem versari putauit ; contrariam æquissimam dixit.

5 Ego adduci non possum, vt credam, emptorem, qui etiam titulo possidet, ante oblatum pretium esse in mala fide, vt dixi supra: quia mala fides causatur à conscientia, siuè scientia rei alienæ, tex. & ibi glos. c. si virgo. 33. q. 2. glos. in l. 1. ver. Scientes. C. de ijs, quib. vt indig. Abb. c. consultationib. de iu. patron.

6 Insuper, quia, quando nondum competit actio, sed competere potest, acceptando ius sibi delatum ; etiam quòd ille, qui vult pręscribere, sciat, illud ius illi competere; non dicitur in mala fide : & interim potest præscribere, vt declarat Anch. c. sine possesione. de regu. iu. in 6.

7 Idem quoq; in legato : quia licet hæredes sciant legatum Titio factum : non tamen in mala fide versari dicuntur, antequàm Titius legatarius agnoscat, Soci. cons. 63. col. 3. in 1. Balb. de præscrip. 3. par. 3. par. princ. nu. 70. Ant. à Fano, trac. de pig. 2. mem. 6. par. nu. 22.

Et sic in specie nostra probauit Dec. d. l. petens. Soci. Iu. cons. 145. nu. 70. li. 1. Rol. cons. 21. nu. 55. in 2. Menoch. 143. nu. 39. li. 2. cum quib. postposita authoritate, Alci. preceptoris mei, cuius vestigia sequi soleo, lubẽtissimè trãseo.

Verum est, quòd Menoch. d. eius celebri cons. negocio hoc diligẽtissimè discusso, relatisq; pro venditore decem, & septẽ iureconsultis, & 23. ex aduersò pro præscriptione triennali respondit, cui ego municeps esse non possum, vt in statuto Placentino voluit Barb. cons. 51. nu. 14. li. 1. & etiam ex ijs, quæ luculentissimè respondit Ceph. cons. 40. lib. 1. in cõtrarium adductis respondens, quæ longius ab instituto meo deuiata omitto.

8 Illud præterire non possum, quòd mea sententia, nedum vi verborum dictionis Semper, & Quandocũq;, si geminatæ sint, subseruit ; sed etiam contrahentium menti consona est : si enim stipulationis tempore vẽditori, qui dicebat, se velle semper, & quandocunq; fundũ redimere posse, vel ad omnem eius beneplacitum, dictũ fuisset, quòd cursu 30. ann. excludebatur ; nunquàm eiusmodi

ven-

venditioni consensisset, & hoc verò proprius est post tot distinctiones, & opinionum anfractus, etiam male fidei exceptione non attenta.

¶ Quandoq; denotat, regulam esse in contrarium, Instit. quib. mo. contr. oblig. in princ. Grat. cons. 2. nu. 24. li. 1. post Guil. in Spec. tit. de disput. nu. 9.

¶ Quantuncunq;, verborum significationem non immutat, quin de maiore, vel minore sūma intelligatur, l. qui concubinam .§. 1. de leg. 3. l. Balista. cum ibi not. ff. ad trebel. Alci. cons. 33. nu. 1. & 17. li. 9.

¶ Quamuis, ponitur disiunctiuè, l. quamuis .ff. de acquir. possess. sed propria eius natura est, vt præcedentibus aduersetur, & non ampliet, Abb. c. porro. in fi. de priuil. & exces. priuileg. & quòd pro aduersatiua præcedenti casui accipiatur, allegatur, l. 1. §. dolum. ff. de eo, per quem fac. fue. Minadous in repet. constit. reg. In aliquib. nu. 80. quandoq; capitur pro Quia, l. si maritus. vbi Flor. à Santo Petro. ff. fam. ercis.

SVMMARIVM
Dict. Quasi.

1 *Veritas aliqua vera, aliqua opinata.*

¶ QVasi, ex propria, & genuina vi fictionem, & improprietatem importat, glos. Bar. l. si ante nuptias .ff. sol. mat. l. 1. vbi Aret. de ver. oblig. l. id tempus. in fi. ff. de vsucap. Oldra. cons. 155. Alex. 34. li. 3. & in l. si constante. §. voluntate. nu. 3. sol. mat. Ias. l. 1. ff. de aquir. pos. & in §. sed iste. nu. 26. Instit. de actionon. glos. in l. iubemus .§. sanè. in 1. in ver. Sacrilega. C. de sa. san. eccles. & in l. si cùm dotem .§. fi. sol. mat. Ias. §. præterea. nu. 41. Inst. de act. Corn. cons. 198. li. 2. Abb. supra, & cum eo add. & Feli. c. gratum. de offici. deleg. Cur. Iu. post Bar. l. 2. ff. de inoff. test. nu. 6. vt quasi demens, non dicatur demens Beret. cons. 281. nu. 5. li. 1.

Et dicit Ias. in §. sed iste. nu. 98. Instit. eo. quòd hæc dictio non est expressiua veritatis, sed deminutionis nota, Soci. Iu. cons. 116. nu. 65. li. 1.

Aduerte tamen, quòd quando ponitur per modum causæ, proprietatem, & veritatem significat, l. 1. ff. de transac. d. l. si antè nupt. l. vtrum .ff. de reb. dub.

Quando autem ponitur per modum similitudinis, exprimit fictionem, l. 2. §. fi. ff. de vi, & vi arm. declarat Bal. in l. qui Romæ .§. duo fratres. de ver. oblig. & Ias. l. re coniun-

cti. nu. 68. de leg. 3.

Quandoq; est veritatis expressiua, & affirmatiua, vt Io. 1. Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti. & c. ex parte. de spons. Bal. c. cùm non est. de offi. de leg. & in statuto Bar. l. si in rixa. ff. de sicar. Abb. in c. parochianos. nu. 2. dicit, quòd vbi insurgit absurditas, inducit similitudinem, vel est expressiua veritatis, Abb. c. prout. nu. 16. de dolo, & contum. & addentes ibi. Zas. in d. §. duo fratres. distinguit, quòd quandoq; hæc dictio ponitur per modum causæ, & tunc veritatem exprimit, vt supra, &
1 d. §. duo fratres. dicens, quòd aliqua est veritas vera, aliqua opinata in veritate: vera est, cum dicitur, Quasi vnigeniti, vt supra, idest qui verè erat vnigenitus: sed veritate opinata, est, quæ veritas putabatur; & dum dicitur, Iudex me puniuit quasi deliquissem, idest putauit me deliquisse: allegat tex. in l. si cùm dotem. in fi. sol. mat.

Quandoq; ponitur per modum similitudinis iuxtà declarationem Bal. de qua supra, vt Titius se iactat de eloquentia, quasi esset Cicero: incedit quasi stultus; & tunc hæc dictio fictionem significat, vt supra.

SVMMARIVM
Dict. Quatenus.

1 *Legatum vsusfructus Titio factum, quatenus apud hæredem suum maneat, quomodo intelligatur.*

¶ QVatenus, iuncta verbo futuri temporis conditionem importat, Bero. cons. 51. li. 2. 14. li. 3.

Et est limitatiua, & restrictiua, idem Bero. cons. 140. nu. 17. in 2.

Et est ampliatiua, Bal. l. antiquitas. C. de vsut. vt lego ti-
1 bi vsumfructum, quatenus apud hæredem tuum maneas: nam non solum hæredi, sed etiam & tibi competit.

Et quòd tripliciter capiatur, Rui. cons. 62. li. 5. nu. 43.

Quandoq; etiam ponitur pro Quia, l. properandum. §. 1. C. de iud.

Quandoq; modificatiuè accipitur, vt eatenus, quatenus, l. eatenus. ff. quod cũ eo.

Quandoq; pro quãtuncunq; l. quatenus. ff. de reg. iu.

¶ Quæ pro Et ponitur coniunctiuè, vt dictio, Et vel, & similes. de qua dic. supra dictione Et.

¶ Quemadmodum, denotat improprietatem, l. si me in vacuam. 2. responso. vbi not. ff. de aquir. pos. glos. rub. sol. mat. quemad. dos pet.

¶ Quandoq; ponitur interrogati-

gatiuè, vt Rub. quemad. ser. amit. glos. l. 1. ver. quemadmodum. vbi Alex. nu. 19. sol. mat.

Aliquando similitudinariè, pro sicut, l. 2. §. si duob. ff. de adim. leg. l. quemadmodum. ff. de acquir. pos. & dicit Bar. l. 1. ff. de recep. quòd importat similitudinem facti, non iuris: idémq; probat Curt. Iu. in l. si familia. nu. 14. ff. de iurisd. om. iud.

Aliquando per modum demostrandi dispositionem de eo, quod dicitur, vt in d. Rub. sol. mat. vbi Io. Bolognet. nu. 135.

Et sic determinatiuè, glos. Rui. Alex. d. l. 1. vt in rub. C. quemad. test. aper. Alex. supra.

SVMMARIVM
Dict. Quæq;.

1 *Debita quæquè soluere grauatas, an conditionalia soluere teneatur.*

¶ QVæquè, dictio est collectiua, & vniuersalis geminata: quæ non recipit restrictionem: imo comprehendit omnia, quæ sunt apta comprehendi ex natura substituti, cui adiungitur, l. Balista. ff. ad Trebel. Thom. Doccius cons.
1 56. in grauato soluere quæquę debita, an conditionalia soluere teneatur, quando habet alia debita pura.

Et quandoq; distributiua, l. si ea. vbi Flor. ff. de vsur.

SVMMARIVM
Dict. Quia.

1 *Causa quando finalis, & quando impulsiua pręsumatur.*

¶ QVia, propriè causatiuè ponitur: nam reddit causam, & rationem de præcedentibus, l. hæc actio. ff. de calumn. l. si is, qui animo. vbi not. ff. de acq. pos. & quando apponitur à lege, pręsumitur finalis, c. cum causam. de test. l. cùm tale. §. fi. de cond. & demon. Aut profertur ab homine, & tunc, aut est necessaria, vt
1 ratio, quæ redditur à teste, & præsumitur finalis, d. c. cùm causam. aut est voluntaria, & præsumitur impulsiua, l. 2. §. fi. de donat. Bal. c. quia propter. de elec. potest. & dispositionis causam denotat, l. demonstratio. §. quod autem. col. 2. ff. de cond. & demon. Bal. l. 1. col. 3. c. de fal. cau. adiec. leg. Aemil. cons. 98. col. 4.

SVMMARIVM
Dict. Quibuscunq;

1 *Inuestitura feudalis pro se, & hæredibus quibuscunq; an fœminas, vel extraneos comprehendat.*

2 *Feudum licet regulariter in fideicommissi restitutionem non veniat, secus,*

si pro se, & hæredibus quibuscunq; concessum fuerit.

¶ QVibuscunq;, tanquàm vniuersalis ad habilitatem non restringitur, Ias. l.Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posth. Alci. cons. 13. li. 3. ità vt in inuestitura feudali pro se, & hęredibus quibuscunq; etiam
1 fœminæ admittantur, l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & ęst. glos. iuncto tex. in Clem. 1. de iud. Et etiam extranei hæredes, Bal. l. 1. q. 34. de rer. diuis. Alex. l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. & in l. si patroni. ff. ad trebel. Ias. l. 2. §. prætor ait. nu. 4. ff. qui satis. cog. l. 1. §. nunciatio. de no. oper. nun. & de communi testatur Curt. Iu. de feu. par. 3. q. 1. & cons. 48. nu. 3. Alci. supra dicens, quòd licet pleriq; contradicant, à communi non est recedendum, respondens ijs, quæ in diuersam sententiam adducuntur.

Aret. l.Gallus. §. etiam à parente. ff. de lib. & posth. contrarium probat, & sic, quòd verba ad habiles restringantur, pro quo Dec. c. in præsentia. de probat. col. 9. & cons. 199. & 208. Zas. de feud. par. 8. Bart. Beneuent. c. imperialem folio 29. de prohib. feu.

Sed pro priore, quæ crebrior videtur, Corn. cons. 16. & 239. li. 1. Ias. in pręlud. feu. nu. 47. cons. 17. li. 1. & 155. & 156. in 2. post Alex. cons. 30. & 89. li. 2. quem probant modern. Paris. ibi.

3 Illud non omitto, quòd Alex. d. l. si patroni. voluit, quòd licet feudum regulariter in restitutione fideicommissi non cadat; aliud autem, si pro se, & hęredibus quibuscunq; concessum fuerit: quem refert, & sequitur Curt. Iu. d. cons. 48. & ad rem nostram dicit Rui. cons. 103. li. 3. quòd ea dictio in materia fauorabili auget & includit personas, quæ in simplici dispositione non comprehenderentur.

SVMMARIVM
Dict. Quicquid.

1 *Clausula Ad habendum, et c. quid denotet in inuestinura feudali.*
2 *Papa si mandat reuocari quicquid fuerit attentatum, intelligitur de attentatione iniusta.*
3 *Verba in rescripto, Quicquid placuerit, vel Quicquid voluerit, differunt.*
4 *Legatum, quicquid ad Titium legati nomine peruenerit, totum mulieri debeatur, quid importet.*

¶ QVicquid, continet omne ius, ita vt nil remaneat, l. etiam sol. mat. & est dictio geminata vniuersalis, l. hoc articulo. vbi not. ff. de hęred. instit. & cum copula, Et, stat augmentatiuè, l. hæc adiectio. de leg.

de leg. 3. Grat. conſ. 9. nu. 82. & idem de dictione, Quicquá. Imo eſt pręciſa vniuerſalis, Bal. l. cùm virum. C. de fideic. Menoch. de arb. iud. li. 1. q. 8. nu. 13.

Aduerte tamen, quòd licet ſit dictio vniuerſalis: tamen reſtringitur ad ſubiectam materiam, vt dixi de dictione, Omnia: quæ idem importat, Dec. conſ. 69. nu. 5. & de clauſula Quicquid placuerit, quę ex materia ſubiecta reſtringenda eſt, Rui. conſ. 137. Bellon. 33. nu.
1 5. vt clauſula Ad habendũ, & c. & Quicquid placuerit faciendum in inueſtitura feudali, intelligatur ſecundum naturã feudorum, & Ceph. conſ. 370. nu. 35. & 41. dicens, quòd ſi
2 Papa mandat reuocari, quicquid attentatum fuerit, intelligatur quòad attentationem iniuſtam, non ad legitimè factã, Iaſ. l. apertiſsimi. C. de iudic. Ceph. conſ. 626. nu. 31. li. 5. Rol. conſ. 55. nu. 47. li. 3. facit differentiam, ſi dicatur, Id quod placuerit, vt denotet arbitrium boni viri, vel ſi dica-
3 tur, Quicquid placuerit, vt importet liberam voluntatem.

De hac dictione pleno cornu Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo Quicquid. vbi allegat l. Męuio. §. 1. de leg. 2. ad hoc, ſi ità legatum ſit, Quicquid ad
4 Titium dotis nomine perueneri t, totum ſine ratione deductionis impenſarum mulieri debeatur: quod non eſſet, ſi ſimpliciter abſq; ea dictione legatum foret, Alex. l. Baliſta. nu. 2. ff. ad trebel. appellat hanc dictionem geminatam, quæ in indefinitam reſoluitur.

¶ Quicquam, eſt latæ ſignificationis, omnia etiam minutiſsima comprehendens, c. quia ſępe. de elec. in 6. vbi gloſ. Gemin. Franc. vt dixi ſupra dict. Quicquid. Alex. conſ. 133. li. 5. Tiraquel. l. ſi vnquam. de reuoc. donat. ver. Quicquid.

SVMMARIVM
Dict. Quicunq;,
& Quilibet.

1 *Ius accreſcendi, vel non decreſcendi procedit in plurib. fratribus, quibus conceſſa fuit emphyteuſis inſolidum, vel cuilibet ipſorum.*

¶ QVicũq;, & ¶ Quilibet } sũt dictiones vniuerſales, & includunt omnes, l. Iul. ff. de leg 3. l. à procuratore. C. mand. c. ſolitæ. de maior. & obed. & tribuunt actum inſolidum, Rui. conſ. 66. li. 1.

Et hoc præſertim verum eſt, quando ſubſequitur aliqua exceptio, quæ eiuſmodi ſit naturæ, vt declaret regulam, & illam in non exceptuatis firmet, l. cùm Dominus. ff. de penu. leg. l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fun. inſtruc. Roma conſ.

103.

103. 271. nu. 3. Rui. 62. li. 5.

Et sunt adeo generales, quòd etiam ad improprios casus trahuntur, Roma. l. in tempore. in fi. ff. de vsucap. Alci. l. mouentium. de ver. sig.

Et comprehēdunt etiā personas priuilegiatas, tex. in Clem. 1. vbi glos. de iud. §. fi. in auth. de hæred. & falc.

Et licet iste terminus Quicunq; , in materia stricti iuris tantùm masculo conueniat; tamen quando iungitur termino communi, vt quicunq; homo, masculum, & fœminam comprehendit, Bar. l. 1. ff. de pecul. Alex. cons. 80. nu. 14. li. 1. Rub. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 168. ff. de lib. & posth.

Et de natura vocis Quilibet, est tribuere cuilibet actum insolidum, l. in hoc articulo. ff. de hęred. instit. l. si plurib. vbi Bar. & Imola, de leg. 2. c. si propter. de rescriptis, li. 6. de quo Pa. à Cas. cōs. 239. nu. 111. li. 2. vbi dicit, quòd si Iudex dicat, Condemno Titium, & Caium, & quemlibet in decem, quilibet teneatur ad decem, Thom. Doc. cons. 151. nu. 4. Soci. cons. 16. li. 4. & Bero. cons. 72. nu. 15. in 1. in con-
1 cessione emphyteusis facta pluribus insolidum, vel cuilibet ipsorum, vt vno sine liberis decedente, eius portio ad dominum non deuoluat, sed cæteris accrescat, post Alex. cōs. 17. & 22. li. 5. & Soci. 66. visa donatione. li. 3. Rip. l. re coniuncti. nu 165. de leg. 3.

Ancha. cons. 246. voluit, hoc procedere solùm inter descendentes inuestitorum: pro quo respondit Cur. Iu. cons. 55. nu. 17.

Sed Alci. cons. 24. li. 3. secundæ impres. de hoc dubitat, & præsertim in feudo, in quo latior fit interpretatio, vt dixi alibi.

Aurel. Corbulus Vrbinensis in suo solenni trac. De caus. ex quib emphyt. priuatur. De priuat. ob lineam finitam. nu. 87. distinguit, quòd aut conceditur Titio, & Sempronio pro ipsis, & quolibet ipsorum ità, vt distributiua fratribus stipul. sit apposita, & habere locum ius accrescen. iuxta Soci. cons. 50. in 1. Aut in personam filiorum, vt Titio, & Sempronio pro cuiuslibet eorum filijs, & descendentibus, & tunc vno decedente, emphy. reuertitur ad dominum, non ad primum receptorem, Bello. cons. 20. Cur. Iu. 35. Rip. supra. Gabri. cons. 87. li. 1. Ceph. 345. nu. 19. in 3.

SVMMARIVM
Dict. Quidni.

1 *Testator interrogatus, an velit instituere Titium, si respondeat Cur non? quid dicendum.*

Senten-

2 *Sententiæ verba clara esse debent, & Iudices apertè loqui.*

¶ QVidni, est dictio interrogatiua, & quandoq; affirmat, de qua Zas. l. 1. §. si quis ità. nu. 4. de verb. oblig. & ibi Rip. dicens habere affirmatiuam inclusam, & Pa. à Cas. ante eum, vbi dicit, quòd si quis vocatis testibus, & in actu testandi interrogatus, an velit
1 bona relinquere Titio, respondeat, Quidni? vel Cur non? videatur eum hæredem instituere. Quod non puto ità simpliciter accipiendum, nisi testator in stipulatione idem sentire ostendat: verba enim illa iuxta communem loquendi vsum enixam deliberationem non demostrant.

Inducitur etiam ad hoc, vt si ex tribus iudicib. ad quos trãsmissa sit causa consuléda; vnus dicit, reum sbsoluendum alius condemnandum, tertius, se non videre, cur condemnari non debeat, quòd hic videatur concordare cum secundo, Rip. supra. nu. 11. Aliud in Iudice,
2 qui tenetur apertius loqui, vt sentit Castr. supra post Ang. & idem si dixerit: Credo Titium condemnandum, Pa. supra. Sed Alex. contrarium post Bar. l. 1. C. si aduer. liber. quib. & ipse me subscribo: quia sententia debet esse certa, §. curare. vbi Ias. instit. de act.

¶ Quinimò, ponitur affirmatiuè, l. iuris gentium. §. Quinimò. ff. de pac. c. causa. de verb. signifi. Et etiam negatiue, l. non dubium. vbi Flor. in dictione Quin. de leg. 3.

¶ Quòad, idem denotat, quod dictio Donec, & Quandiù, de quibus supra: & pręsertim temporis relationem, l. tutor. §. quin. ff. de susp. tut. & dicit Budęus post Aul. Gellium li. 7. in annotationibus ad l. Quisquis sit fugitiuus. §. idem ait. de edil. edic. fol. mihi 346. ꝙ verba Quòad viuet, & Quòad morietur, idem tempus demonstrant.

¶ Quòd, aduerbium, est dictio aduersatiua: quæ posita sine copula diuersitatem in iure, & in facto significat, l. quod si alij. ff. de adim. leg.

Et quando ponitur per modum redditionis causæ, exponitur pro Quia, l. si ancillam. §. si pater. ver. quod inter. ff. pro suo. Ias. l. re coniuncti. nu. 52. de leg. 3.

SVMMARIVM
Dict. Quodammodo.

1 *Fructus beneficij percipiens, quod minus canonicè possidet, furtum committit.*
2 *Filij, licet viuente patre, probabilem tantùm succedendi spem habeant, quasi domini existimantur.*

¶ Quo-

¶ QVodammodo, improprietatem arguit, l. 2. ff. qui, & à quib. §. 1. auth. de iureiur. à mori. præf. vbi dicitur, quòd hæres est eadem persona cum defuncto, glos. l. 1. de rerum diuis. Bar. l. 2. §. & harum. de ver. oblig. Abb. in c. dudũ. nu. 19. de elec. vbi, quòd
1 percipiens fructus beneficij, quod possidet minus canonicè, committit furtum, Ias. l. 1. §. sed si mihi. nu. 3. & ibi Soci. de ver. oblig. Alci. l. in suis. nu. 8. ff. de lib. & posth. in fi-
2 lijs, qui, viuẽte patre, quodammodo domini existimantur, vt ibi in tex. dicitur: licet verè in hęreditate probabilem tantùm spem habeant, sed hodiè, vt ait poeta ille.

Filius antè diem patrios inquirit in annos.

Alibi etiam fictionem denotat, l. prætor. §. 1. ff. de eden. l. 1. vbi Aret. de verb. oblig. Alex. rub. de vulg. nu. 6. Dec. l. eius, qui in prouincia. §. placet. nu. 12. ff. si cert. pet. Ceph. cons. 341. nu. 35. li. 3. Tiraquell. trac. de iu. primog. q. 33. nu. 9.

SVMMARIVM
Dict. Quomodocũq;.

1 *Statutum, quòd homicidium, quomodocunq;, & qualitercũq; factum, pęna mortis puniatur, an comprehendat non dolosum.*

2 *Voces geminatæ, & prægnantes vim augent.*

3 *Lex, quando vtitur termino vniuersali cum verbis geminatis, non restringitur ad habiles.*

4 *Homicida ad defensam ab omni pęna immunis esse debet.*

¶ QVomodocũq; &
¶ Qualitercunq; } eius sũt naturæ, vt includant etiam illud, quòd impropriè est tale, etiam in materia stricta, c. identitatibus. de elec. li. 6. Grat. cons. 20. nu. 76. li. 2. subdens, quòd verba, Quomodocunq; decesserit, includunt etiam mortem ciuilem. Vndè Sali. in l. 2. col. 3. C. de noxal. dicebat, quòd
1 statuto dicente, quòd homicidium, quomodocunq; & qualitercunq; factum, pœna mortis puniatur; etiam homicida non dolosus, & ad defensionem eodem modo plectetur: sequitur Ias. l. 2. §. prætor ait. nu. 4. ff. qui satisd. cog. & l. 1. §. nunciatio. nu. 5. vers. ego limito. ff. de no. oper. nun. post Alex. in l. & si seuerior. C. de ijs, quib. vt indig. Rui. cons. 98. nu. 11. li. 2.
2 Nec mirum, quia voces geminatæ, & prægnantes dispositionivim, ac potestatẽ augent, tex. iuncta glos. & ibi Decius nu. 5. in c. ad vestrã. de probat. & in c. perfodiens. de homic. ibi Quoquomodo. & in c. vt inquisitionis. de hæret. li. 6. vbi glos.

glos. & dicit Ias. d. §. nunciatio. nu. 5. vers. ego limito,
3 quòd quando lex vtitur termino vniuersali, & superaddit alia verba geminata, tunc fieri non potest congrua restrictio ad habiles: quia verborum vis violaretur, l. 4. §. quoties. & ibi Bar. ff. de dam. infec.

Non putarim tamen, hanc decisionem seruandam, quando homicidium ad defensam legitimam factum proponeretur, & sic citra dolum, & culpam:
4 quo casu homicida communi iure ab omni pœna immunis erat: sed quando dolo, vel culpa qualibet perpetratum esset: quia aliud est, quòd statutum iuris communis pęnam augeat; aliud, quòd vbi nulla pœna imponitur, pœnam, & pręsertim capitalem, pręscribat: vndè pôderanda sunt verba Ias. d. §. prætor ait. quòad homicidium defensiuum per verbum Fortè loquentis.

Non tamen diffitear, quòd dictiones prædictæ in statuto positæ restrictiuam interpretationem non patiantur, Alex. cons. 118. li. 5. Rol. cons. 5. nu. 49. li. 1.

SVMMARIVM
Dict. Quolibet.

1 *Ius non decrescendi an procedat in fratrib. feudum, pro se, eorum filijs, & ab eis, & eorum quolibet descendentibus stipulantibus.*

¶ QVolibet, est dictio distributiua: quæ tribuit rem cuilibet insolidū, Bar. in l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. Rui. cons. 12. nu. 4. li. 1. in
1 feudo recepto à fratribus pro eorum filijs, & ab eis, & eorum quolibet legitimè descendentibus, vt inter illos locum habeat ius non decrescendi: de quo Bal. & Sali. l. 1. C. quando non peten. par. Alex. cons. 30. li. 1. & alij passim. Dixi supra ver. Quicunq;.

¶ Quomodolibet idem est dicere, quòd Quocunq; modo, c. pleriq;. §. neq;. vbi Archid. de offi. ordin. li. 6. Paris. cons. 58. nu. 10. li. 1.

SVMMARIVM
Dict. Quondam.

1 *Instrumentum valet, licet dicatur Titius quondam Sempronij, qui non sit mortuus.*

2 *Mors Sempronij probatur, si quis dixerit in scriptura, Titius quōdā Sempronij, contra dicentem: pręsumptiuè tamen.*

¶ QVondam, denotat tempus pręsens pręteritum, & futurum, glos. in l. nec emptio. ff. de contrah. empt. sicut dictio Olim: de qua, & hac, & similibus ibi dixi: nisi tamen subiecta materia aliud suadeat: vndè dicit Rui. cons. 70. li. 2.

quòd valet instrumentum, licet dicatur Titius quondam, vel olim Sépronij, qui adhuc viuat.

Dicit tamen Sebastian. Medic. trac. Mors omnia soluit. par. 1. nu. 93. quòd ex hac dictione probatur mors eius, cuius nomine adijcitur : allegat
2 glos. in l. eius, qui in prouincia in ver. defuncti. ff. si cert. pet.

Quod intelligo verum presumptiuè : non ideò, quòd cōtrarium probari non posit : prout declarat Alex. in l. viro, atq; vxore. nu. 5. ff. sol. mat. allegando Iac. But. l. cùm aliquis. C. de iu. delib. ex tex. ibi, dicens, hoc esse notandum.

¶ Quoq;, implicat casum magis dubitabilem, l. seruum quoq;. ff de procur. vt dixi ver. Etiam.

Et ponitur inter diuersa eiusdem generis; l. 1. ff. de reb. dub. Ceph. cons. 256. nu. 43. li. 2.

SVMMARIVM
Dict. Quoquo modo.

1 *Iudices laici in crimine hareseos vllo modo se ingerere prohibentur.*
2 *Alienationis prohibitio licet ad necessitatis causam non extendatur; aliud, si vox Quoquo modo adijciatur.*
3 *Immunitas à quibuscunq; oneribus personalibus, realibus, quæ imponi contingat, quoquo modo, & ex qualibet causa, an belli casum comprehendat.*
4 *Belli, vel pestis tempore generales immunitates solent negligi.*
5 *Immunitas ex causa onerosa an belli tempore seruanda sit.*
6 *Consensus est de iure naturali.*
7 *Princeps an posit à contractu resilire.*

¶ QVoquomodo, intelligitur principaliter, vel incidenter, glos. c. inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. li. 6. vbi
1 prohibentur Iudices laici in crimine hæreseos quoquo modo se ingerere.

Et licet sit vniuersalis vox : tamen ad modos proportionabiles restringitur materiei idoneæ, in qua exprimitur, vt ex Gemin. cons. 29. nu. 24.

Insuper, hæc dictio facit aliqua comprehendere, quæ aliàs minimè cōprehenderētur, maximè quando plura coniungūtur, Rui. cons. 77. li. 2. Rol. 5. nu. 48. li. 1. dicens, quòd li-
2 cet sub simplici prohibitione alienationis casus necessitatis non cōtineatur, l. peto. §. prędium. de leg. 2. Dec. cons. 57. tamen virtute eiusmodi dictionis etiam ad eam extenditur.

Et etiam vim geminationis habet : & ideò etiam aliàs inhabiles complectitur, glos. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Alci. cons. 42. in prin. li. 9.

Et comprehendit omnes casus, qui succedere posūt, Aret. l. ventre. ff. de acquir. hæred. Ceph. cons. 688. nu. 7. li. 5.

¶ Quo-

¶ Quocunq; , idemq; de dictione quocunq; modo.

Vnde est, quod respondit Rol. d. cons. nu. 35. li. 1. quòd im-
3 munitas concessa ab oneribus personalibus, mixtis, angarijs, & perangarijs, solitis, & insolitis, & ab omnibus, & quibuscunq; alijs oneribus, quæ imponi continget, quoquo modo, quomodocunq; , & qualitercunq; , quauis causa, & occasione, quæ dici, vel excogitari posit; etiam belli casum comprehendit.

4 Licet eiusmodi priuilegia generalibus literis tempore belli, vel pestis superuenientibus derogatum cēseatur: tanquàm ad onus ex improuiso, inopinatoq; casu impositum; vt si bellum superueniat, non trahantur, publiceq; intersit, huiusmodi concessiones tunc negligi, DD. l. si ex toto. ff. de leg. 1. & præsertim Soci. Cur. Iu. cons. 61. nu. 14. Mandel. cons. 1. Alci. l. munus. de verb. sig. Menoch. cons 137. nu 9. & 11.
5 & nu. 13. Etiam si ex causa onerosa concessa sint, Plot. hac in specie cons. 96. quod facile non est admittendum propter
6 consensum, qui est iuris naturalis, c. 1. de natura feudi,
7 vt Princeps posit à contractu resilire, Alci. cons. 5. li. 4. nu. 10. Sed dictarū dictionum vis hoc operatur: quæ restrictionem non patiuntur. Bursat. pleno cornu cons. 16. nu. 50. & 70. Io. Bolog. cons. 1. nu. 140. cum seqq. post Alex. 127. in 4. & 30. in 5.

¶ Dictio Quascunq; , si iungatur cum vniuersali Omnes, propter geminationē includit ea, quæ sui natura non includerentur. Et idpropter, licet in contractibus appellatione expensarum, damna non comprendantur, vt notatur in c. in nostra de iniur. & dam. da. tamen, siquis promisit reficere omnes, & quascunq; expensas, etiam damna includuntur, l. Sancimus. C. de iud. l. non ignorat. C. de fruc. & lit. expen. Bar. l. 1. ff. de alien. iud. de quo videndus est Archi. c. in primis. vers. damnum 2. q. 1.

SVMMARIVM
Dict. Quoties.

1 *Dictio Quandocunq; , super addita dictioni Quoties, infinitatem denotat.*

2 *Fideiussor de presentando toties, quoties, quando vsq; ad sententiam, & quando etiam post intelligatur obligatus.*

3 *Fideiussor de presentando toties, quoties, bina presentatione non liberatur contra Ang.*

4 *Compromissum inter affines si fieri statuto caueatur, vnicus actus non sufficit: sed fieri debet, vsq; quò lis finiatur.*

5 *Compromissa si causa fuit semel, an*

semper sit compromittibilis.

6 *Fideiussor de pręsentando ex causa criminali, si principalis carceretur ex eadē causa, an amplius teneatur.*

7 *Fideiussores an presentare teneantur, quando principalis facto curia pręsentari non potuit.*

¶ QVoties, est dictio repetitiua, & numerum respicit, l. sicuti. ff. quemadm. seru. amit. Alci. cons. 6. li. 5. nu. 38. quæ addita dictioni Toties, verificatur in quattuor, & pluribus vicibus, glos. in l. cum quęstio. C. de leg. Bal. l. 1. C. de ijs, quæ pęn. nom. Ang. in l. Quòd si nolit. §. siquid ita. ff. de ędil. edic. Quòd si superad-
1 datur dictio Quandocunq;, vt aliquid operetur, vltra vim dict. Toties, quoties, intelligit in perpetuum, vt scripsit Barbat. cons. 51. nu. 12. & 13. li. 1. post Ang. supra.

2 Quibus adde, quòd siquis aliquem præsentare promisit, Toties, quoties sibi mandatum fuerit; ea promissio intelligitur secundū fideiussorum materiam, idest vsq; ad sententiam exclusiuè, l. gręcè. §. post litem. ff. de fideiussoribus. etiam si à sententia fuerit appellatum: secus si superaddita fuisset dictio Et Quādocunq; : quia etiā post sententiam teneretur, Ang. supra ex decisione Bal. ibi relata.

3 Et licet idem Ange. in l. si finita. ff. de dam. infec. voluerit quòd pręsentare promittens Toties, quoties, bina pręsentatione liberetur: nihilominus verior est Alex. sententia cons. 145. li. 11. & in l. bona fide. ff. de dam. infec. Ias. cons. 30. li. 1. & l. duobus. nu. 10. post Imol. Rom. & Alex. ibi: Soci. Dec. l. vnica. C. de senten. quę pro eo, quod inter. quicquid sit dispositione legis, vel statuti de præsentatione loquentis, quæ in simplici promissione vnico
4 tantùm actu non est contenta, vt in lege, quòd causæ inter affines compromittantur: quia toties repetitur cōpromissum, quoties opus est, ad litis terminationem, vt post Bal. in l. veluti. §. hęc vox. ff. de eden. & Alex. cons. 70. li. 2. probat, multa congerens Ias. d. l. duobus. nu. 11. & in l. prætor ait. §. deinde. ff. de ope. no. nunc. quod in compromisso necessario, statuto sic iubente, certum est: secus autem in voluntario, & tunc cessat vulgata regula,
5 quòd causa semel compromissa efficitur semper compromittibilis, Soci. cons. 117. li. 1. Dec. c. cùm nobis. nu. 4. de appel. Marsil. Sigu. 172.

6 Sed quid in fideiussore de pręsentando carceratum pro eius liberatione, si postmodum ex eadem causa, fideiussore non requisito, capiatur, an promissione liberatus cēseatur, si postea pręsētari petatur? Videtur nega-

negatiuè respondendum ex decisione Io. An. ad Spec. tit. de accus. §. sequitur. quem probauit Afflic. multa hinc inde congerens decis. 130. dicens, sic in Regio cons. iudicatum, quando carceratio ex eadem causa, pro qua orta est fideiussio; facta fuit: etiam quòd promissio eiusmodi cum clausula Toties, quoties pręcedat: & idé met respondisse videtur Gram. cons. 66. nu. 64. quia curia absq; requisitione fideiussoris, principalem capiendo, fideiussorem liberasse videtur, vt allegati scriben. aiunt: vel, vt ego arbitror, quin promissionis fragilitati confidere noluisse censetur: quod & probasse videtur Ioseph Comminius super Ritu magnæ Curiæ. c. 20. nu. 16. & c. 85. nu. 21.

Quid auté in casu, quòd aliàs contigisse scio, nempè quòd Curia, non requisitis fideiussoribus, qui principalem palàm ambulantem facilè pręsentare potuissent, ipsum capere nixa est, qui à Satellitum manibus aufugiendo, ab eis vsq; in alienum territorium etiam cum archibusiorum exoneratione insecutus fuit; an, fideiussoribus statim requisitis, & eum eo timore perterritum pręsentare non valentibus, ad pœnam cogi potuerint: negabant ipsorum Aduocati; quia facto, & culpa
7 Curiæ fideiussores ad præsentandum impediti fuere, fugæ causam præbentis: nec constabat post pręstitam fideiussioné principalem aliud delictũ perpetrasse; ita vt vrgeret præsumptio, quòd ex eademmet causa Curia ipsum capere voluerit: idq; in specie respõdisse ostendebant, Gabriel Eugubinus cons. 181. nu. 9. li. 1. & ante eum Cępol. cons. crimin. 25. si rectè verba ipsius perpendantur. Sed ijs minimè refragantibus, nescio quo iure, quauè æquitate moti duo Iudices miseros fideiussores ob pręsentationem non factam, condemnauerunt.

SVMMARIVM
Dict. Quotiescunq;.

1 *Promittens retrouendere, Quotiescũq; an lapsu. 30. annorum liberetur.*

¶ QVotiescũq;, significat plu-
1 res vices, & sic reiterationem vicium, seu casuum, l. vxorem. §. testamento. de leg. 3. l. 1. ff. de vacat. mun. Menoch. cons. 143. nu. 15. li. 2. in ea q. in qua quis promisit retrouendere Quotiescũq;. vbi eam sententiam probauit, quòd redimendi facultas, Quotiescunq;, 30. annis expiret: de qua dixi supra dictione, Quandocunq;, & alibi.

¶ Quotidiè, dictio est respiciés tempus quotidianũ, arg. l. diarijs.

rijs. ff. de alim. & cib. leg. Bar. l. pecuniæ. ff. eo. l. nec semel. §. si in habitatione. vbi not. ff. quando dies leg. ced. & perpetuitatem significat, Feli. in prooemio decret. ver. Quotidiè.

SVMMARIVM
Dict. Quouis modo.

1 *Probibitio filiæ, ne possit de bonis paternis quouis modo petere, quomodo accipiatur.*

¶ QVouis modo, includit modum principalem incidentem, directum, seu indirectum, glos. in c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. Soci. Iu. cons. 2. li. 1. Ceph. 76. nu. 16. in 1.

1 Et operatur, vt quis petere non posit ex aliqua causa, titulo, vel iure, Ceph. cons. 13. nu. 12. li. 1. Rui. cons. 98. nu. 11. li. 2. in filia vetita petere de bonis paternis quouis modo, vel quoquo modo, de quo supra ver. Quoquo modo. vt multis exemplis exornat, Rui. supra.

Et hæc dictio, Quouis modo, impedit interpretationem restrictiuam, & includit omnes modos similes, & dissimiles: ac etiam maiores expressis, glos. in Clem. ne Roma. ver. Quouis modo. de elec. & c. fi. ver. Quouis modo. de senten. excom. li. 6. Natt. cons. 435. nu. 19. li. 2.

¶ Quousq; , est suspensiua ad tēpus, Bar. l. 1. ff. de cond. & demon. & facit legatum annuum, Rui. cons. 26. li. 5. Et restringit dispositionem cum perseuerantia vsq; ad tempus, cui adiecta est, l. ambiguitatem. C. de vsuf. dixi fusius sub dictione Donec, & Quòad.

R

¶ REctè, denotat solennitatem facti, consideratis meritis, & eorum iustitia.

¶ Ritè, solennitatem iuris, Castren. Cur. Iu. l. 2. nu. 7. ff. de inoff. test. Alex. l. iustè possidet. nu. 6. ff. de acq. poss. dicens, quòd aliquando æquiuoce, idest vna pro altera capitur. Idem tamen ex vi verborum significant: sed Iureconsultorum consuetudine introductum est, vt Rectè iustitiam, Ritè solennitatem inferant, vt docet Io. Bolognet. in d. l. iustè possidet. nu. 25. Et dicit Abb. c. 1. §. vna caro. nu. 1. de sum. Trin. & fi. cath. quòd Ritè solennitatem, Rectè causam denotat, Alex. l. lecta. nu. 15. si cer. pet. Menoch. q. 67. nu. 24. li. 1. de arb iud.

Vnde ille, cui fuit commissū, vt consuleret, An Titius esset Ritè captus, non censetur habuisse potestatem consulendi, An captura teneret: quia captus fuerit die feriata, Bar. Alex.

lex. l. lecta. nu. 15. ff. si cer. pet. & in l. & si perceperit. nu. 9. ff. de lib. & posth.

Sed non abre hoc à Iureconsultis vsurpatum puto: in hoc sensu enim apud veteres vox hæc Ritè recepta est, Liu. li. 44. Sacrifitio ritè perpetrato. & apud Varron. Ritè à ritu dictum videtur, quòd, quæ secundum ritum fiant rectè, & rata sint.

¶ Reliqua, comprehẽdit omnia quæ sunt ex natura actus, vel rei, super qua apponitur, Bar. l. Gallus. §. idem credendum. circa fi. ff. de lib. & posth. dicens, quòd dictio, Et cætera, & dictio, Et reliqua extense posita, & indeterminatè continent omnia, quæ sunt ex natura rei, Rui. cons. 154. nu. 8. li. 3.

SVMMARIVM
Dict. Residuum.

1 *Legans residuum pecuniæ, quid legasse intelligatur.*

¶ REsiduum, continet totum, l. quòd si Mæuius. ff. de hæred. instit. l. pater tuus. C. eo tit. vnde cauti creditores esse debent, vt si debitor in centum soluat vigintiquinq; pro residuo, ipsis patientibus, sibi præiudicarent in residuo: quia illa dictio probat, quòd totum solutum fuerit, l. si ex pluribus. in prin. vbi glos. in ver. reliquum. ff. de acceptil. Bar. Bal. Ang. Castren. Alex. Ias. d. l. pater. ex vi tex. ibi. Bal. l. ab Anastasio. C. mand. Dec. l. creditores. C. de pac. Afflict. Decis. 285. Cæpol. caut. 177. vbi idem de dict. Superfluum, & Reliquorum.

1 Vnde legans residuum pecuniæ, intelligitur id legasse, quod legati tempore reperiebatur, licet accreuerit, Pa. à Cas. in l. cùm stipulamur. ff. de verb. oblig. Alci. l. potest. ff. de rer. sig.

SVMMARIVM
Dict. Rursus.

1 *Frater, qui semel sororem dotauit iuxta formam statuti, quòd stantibus masculis, an iterum dotare teneatur, si eam absq; culpa perdidit.*

¶ RVrsus, in legis dispositione capitur pro Toties, quoties: at in dispositione hominis intelligitur pro secunda vice, Bal. Alex. l. si cùm dotem. §. 1. nu. 8. ff. sol. mat. in ea. q.

1 an frater, qui semel sororem à statuto, quòd stantib. masculis exclusam dotauit; rursus dotare teneatur, si eam abq; culpa perdidit: pro affirmatiua concludẽdo, fusius Ceph. cõs. 160. nu. 17. li. 2.

In hoc tamen maturius deliberandum, nisi statutum rursus dotari mandaret.

Et quan-

Et quandoq; est repetitiua, quandoq; continuatiua, l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. l. sicut. ff. si vsusfr. pet. Flor. l. arbor. ff. comm. diuid.

S

¶ SAltem, est dictio subsidiaria, & diminutiua, c. statutum. §. cùm verò. de rescrip. li. 6. vbi Archi. & Gemin. Paris. cons. 34. nu. 7. li. 3. eanq; restrictiuam appellant, Rui. cons. 41. nu. 33. in 1. Nec restringit dispositionem ad numerum expressum: sed intendit includere maiorem numerum, tex. est in c. excommunicatus. §. addamus. de hæret. Nam hæc vox limitatè non ponitur: sed includit alia, quàm expressa proportionabilia in materia, glos. in c. sicut apostolicis. 9. q. 3. & d. §. cùm verò, & c. quia propter. de elec.

SVMMARIVM
Dict. Saluo.

1 *Exceptionis natura est non solum regulam, & casum præcedentem confirmare, sed etiam declarare.*
2 *Iudex si post sententiam adijciat dictionem modificatiuã, quid importet.*

¶ SAluo, est dictio exceptiua, l. si debitor. §. in venditione. ff. qui. mod. pig. vel hyp. solu. Barb. cõs. 51. col. pen. in 1. Dec. 283. Menoch. 134. nu. 11. li. 2.
1 Et exceptionis natura est non solum confirmare regulam, & casum præcedentem, sed etiam declarare, Dec. l. 1. nu. 22. de regu. iu. Menoch. supra, & casu 303. nu. 27. li. 2.

Et est multum restrictiua, si dicatur Saluo, & reseruato, geminatis verbis, teste Bal. in c. licet. nu. 7. de elec.

Insuper, hæc dictio modificat, & restringit omnia superiora sui natura, glos. in l. item Labeo. ff fam. ercis. Bal. tit. de pa. const. c. vnico. §. amplius. vers. Saluo. etiam si sint remota, & distincta per capitula, glos. in Clem. 1. §. 2. vbi Card. de supplen. negli. prælat. Rol. cons. 54. nu. 13. li. 4.

2 Vnde, si iudex, postquàm condemnauit aliquem, adijciat moderationem cum dicta dictione Saluo, & c. non refert, quòd in separata oratione hoc fecerit, Alex. in l. Iudex posteaquàm. ff. de re iud. quem probat, & de communi testatur Alci. cons. 4. nu. 18. li. 8. tomo 3. Quod nota dignum est pro sententijs criminalibus, post quas semper apponi solet clausula Saluo, & reseruato & c. vt dixi alibi.

Aduerte tamen, quòd licet ea dictio sit præcedentium modificatiua: tamen tanta est modificationis virtus, quòd vbi non inuenit, quòd modificet orationem pręcedentem, extinguit, & in negationem resoluit, l. si

l. si quis à filio. §. 1. & ibi glos. ff. de leg. 1. Dec. cons. 42. nu. 12. Paris. 70. nu. 15. li. 3. Alba. 15. nu. 4. decis. pedemon. 164. nu. 10. Rol. d. cons. 54. nu. 14. in 4.

SVMMARIVM
Dict. Scienter.

1 *Accusatio, vel inquisitio, nisi in ea apponatur dictio Scienter, an procedat.*
2 *Receptatio, vel allocutio, non sunt de genere prohibitorum, nisi quis sciuerit receptos exules.*

¶ SCienter, est dictio, quæ dolum arguit, & id propter, si in libello accusatorio, vel inquisitione omittatur, nihil agitur, Bar. l. omnes. vers. vel dic melius. C. de agric. & cés. li. x. Bal. l. 2. col. 13. C. qui accus. non pos. Cuius dictum meo iudicio hanc recipit declarationem, quòd aut ille actus, de quo quis accusatur, vel inquiritur, ex se ipso scientiam præsefert, vt cùm dicitur,
2 Quòd Titius insultauit, & vulnerauit Sempronium; & tunc procedit accusatio etiam absq; dicta dictione Scienter. Aut actus ex se scientiam non ostẽdit, vt in inquisitione, Quòd quis exulem receptauerit, vel allocutus fuerit: & tunc secus: quia receptatio, & allocutio non sunt ex genere prohibitorũ, nisi præcesserit scientia, ꝙ exules fuerint, Bal. auth. habita C ne fil. ꝓ pat. Feli. Rub. de accus. & c. cùm vigesimum. de offi. deleg. Ias. in §. ex maleficijs. nu. 70. Institut. de act.

In qua specie illi iudices meritò damnandi sunt, qui temerè condemnant eos, qui in castellis ciuitatis habitant sub prętextu, quòd receptauerint, vel non offenderint bannitos in ciuitate, de quorum bannis nullam habebant scientiam, cũ ipsi cõdemnari debuissent, qui in Castella bannitorum nomina palàm facere tenebantur, c. debent. 11. q. 3. quod meritò in ditione sua fieri decreuit Guido Bal. Dux Vrbini, licet hodie aduersus sanctum eius Serenitatis mentem malè seruetur.

SVMMARIVM
Dict. Scilicet.

1 *Nempè, & Scilicet, in quo differant.*

¶ SCilicet, ¶ Videlicet, ¶ Idest, } sunt expositiuæ, & declaratiuæ præcedentium: vt de dictione Scilicet, constat in l. iusiurandum. §. si procurator. ibi Scilicet vniuersorum bonorum. ff. de iureiur. & l. diuortio §. impendia. ibi Scilicet, si fructus, ex colligantur. ff. sol. matr.

Soci. Iu. cons. 30. nu. 21. & cons. 108. nu. 17. li. 2. de dictione Videlicet, in l. in venditione,

tione, ff. commun. præd. c. nouimus. de ver sig. de dictione Idest, glos. in l. si familię, C. fam. ercis. & dixi supra dictione Eadem, Aret. l. si fūdum. ff. mand. Ias. l. idem in duob. §. personale. ff. De pac. Ruber. Maran. disput. 2. nu. 12.

Quandoq; etiam restrictiuè, Aret. Ias. d. l. iusiurandum. Soci. Iu. cons. 80. nu. 10. li. 2. & 26. nu. 9. li. 4. Ceph. 300. in 2. & 704. nu. 14. & 15. in 5. Paris. cons. 6. nu. 21. & 92. nu. 33. li. 1. Et restringit verba generalia, Paris. 85. nu. 47. in 2. Sed per eas non excluduntur aliæ personæ, in quibus viget ratio expressa, idem Paris. cōs. 47. nu. 22. li. 3. & dicebat Paris. cons. 58. nu. 18. eo li. quòd non possunt tollere demonstrationem præcedentem perfectā, & dispositionem factam.

Zas. in l. si ex plurib. nu. 16. ff. de leg. 1. dicit, dictionem Scilicet, habere vim declaratoriam, sicut & dictio Nempè:
1 sed differenter: quia Nempè, declarat sub eadem orationis structura, scilicet non ità continuatè, sed in oratione subiuncta separatim, vt nihil est iucundius scientijs legalib. scilicet, si iustum interpretem nāciscantur: quod dicit ex Erasmica phrasi notandum.

SVMMARIVM
Dict. Secundum,

1 *Essentia sine substantia stare nō potest.*
2 *Concessio facta secundum formam, & modum, quibus antecessoribus concessum fuit, quomodo intelligatur.*
3 *Condemnatus ad soluendum aliquid singulo anno, prout eius antecessores fecerunt, an contrarium probare teneatur.*
4 *Statuto disponente, quòd non soluens gabellam intra certum tempus, soluat quartum plus secundum formam statuti, an requiratur, quòd constet de statuto.*
5 *Papa si confirmat priuilegia, valet confirmatio, etiam quòd de Priuilegijs non constet,*

¶ SEcundum, denotat modum,
1 qui præsupponit essentiam, quæ sine substantia stare non potest, Bar. in extrauag. Ad reprim. vers. Prout. Grat. cons. 22. nu. 27. & 26. nu. 24. & 41. nu. 29. li. 2.

Ponitur etiam assertiuè, & demonstratiuè, sicut dictio Prout, c. Abbate. de ver. signif. Bal. repet. l. edita. col. pen. C. de edē. Aemil. cons. 78. nu. 18.

Et stat limitatiuè, & restrictiuè, d. l. edita. Grat. cons. 103. nu. 20. in 1.

Et relatiuè, Bar. supra, Paris. cons. 39. nu. 4. li. 3.

Bal. in l. si testamentum. C. de instit. & substit. notat ex eo tex.

tex. quòd hæc dictio Quādoq; facit conditionem, idest cùm apponitur conditio, aliàs secus, & facit simplicem demonstrationem, seu commemorationem, alleg. d. c. Abbate.

Vnde Pa. à Caſ. d. l. si testamentum. dicit, quòd si quis concesſit mihi feudum, vel emphyteusim secundum formam, & modum, quibus antecessoribus meis erat concessum; va-
2 let concesſio, etiam quòd non appareat: & dictio Secundum causaliter exponitur, idest quia ità concessum fuerat.

Insuper, importat, quòd tota dispositio, ad quam fit relatio, expressa videatur, d. l. pen. quę est Si testamentum. Bar. d. ver. Prout, & in l. in quartam. ff. ad l. falc.

Et quòd dicta dictio, & Iuxta, & Propè, conditionē non faciant, sed causatiuè ponantur, & verba Prout consuetum, causatiuè accipiantur, Roma. cōs. 376. & Mandoſ. ad eum, Ferret. conſ. 86. nu. 5. in 1. qui dicit dictionem Secundum, capi etiā pro Quia, & hoc procedere tàm in priuilegijs, quàm contractibus, vbi certum quid determinatum præcesſit.

Quod ipse intelligo, quando Princeps rescribit, præmissa causæ cognitione; ità vt sit certus, sic esse consuetum: secus autem, cùm est dubius, prout etiam sensit Ferret. supra.

Alex. l. admonendi. nu. 14. ff. de iureiur. & l. Stichum. nu. 2. de leg. 1. dicit, quòd hæc dictio non facit conditionem, l. eum, qui. §. Iulianus. 2. ff. de consti. pec. vbi Bar. dicit, quòd si Iudex dicat condemno Titium ad soluendum certum quid quolibet anno secundum quod tui antecesso-
3 res fecerunt; condemnatus allegare non potest, eos nihil soluisse: quem sequitur Iaſ. in §. præiudiciales. in fi. Instit. de action.

4 Quod Alex. supra inducit ad q. reformationis, quòd non soluens collectā intra 10. dies, soluat quartum pluris secundum statuti dispositionem, vt cogatur, etiam quòd statutum non reperiatur: allegat gloſ.
5 in c. si Romanorum. 19. dist. quod si Papa confirmat priuilegia alicuius Ecclesiæ, valet concesſio, etiam quòd de priuilegijs non constet: allegat Bar. ibi, & Bal. Ang. & Imo. in l. sciendum. de ver. oblig. & dixi ver. Prout.

Soci. in l. pactum, quod bona fide. C. de pac. dicit, quòd hæc dictio est limitatiua eius, quod simpliciter profertur, & quòd diuersimodè capi potest.

Dictio Secus.

¶ Secus, vt plurimum aduersatiuè ponitur, l. per seruum. §. pen. ff. de acquir. rer. domin.

Quandoq; pro Iuxtà, l. quidā

Hiberus. ff. de seruit. vrb. præd. Bal. c. vt laici, de vita, & honest. cleric.

SVMMARIVM
Dict. Sed.

1 *Legatarius vsusfructus omnium bon. si grauetur soluere vni, an etiam cæteris creditorib. soluere teneatur.*

¶ SEd, sine copula præcedentibus in iure, & facto aduersatur, l. sed, & si lege. in princ. ff. de petit. hęred. l. 1. in princ. l. 2. §. offilius. ff. ne quis eum. Ias. Authen. quod locum. C. de collat. Ang. de Gambil. cons. 10. nu. 22. in statuto mandante sententiam exequi, Rui. cōs.
1 41. nu. 8. li. 2. in legatario vsusfructus omnium bonorum, qui si testator subdit, Sed tamē teneatur præstare alimenta Titio, vt ad alia onera non teneatur, Paris. cons. 45. nu. 8. li. 3.

Et ponitur inter diuersa, & apertam demonstrant horum, inter quæ ponitur, diuersitatem, l. quodcunq;. §. si quis ità. & ibi glos. de ver. oblig. Tiraquell. de nobilitate. c. 8.

Et iuncta cum copula Et, denotat diuersitatem facti, & idētitatem iuris, d. l. sed et si lege. Zas. l. si ex pluribus. §. si ità. nu. 5. ff. de leg. 1.

Et quandoq; ponitur declaratiuè, d. l. sed si lege, vbi not. Thom. cons. 12. nu. 16.

Et iuncta cū dictione Tamē, præcedentibus aduersatur, Bar. l. 1. ff. si quis iusdicen. non obtemper. Aemil. cons. 39. nu. 47.

Et est repetitiua præcedentis qualitatis in dispositione, Ias. in §. sed iste. in princ. Instit. de act. Pet. à Pet. in. trac. de fideic. q. 9. nu. 157.

¶ Sed & si, hæ dictiones simul denotant diuersitatem in facto, & identitatem in iure, l. sed & si. in princ. vbi Castr. ff. de pet. hæred. Soci. l. sciendum. nu. 16. de leg. 1. & in l. ait prętor. §. sed, & si quis. ff. de iureiur.

¶ Sed si, denotat diuersitatē in iure, & in facto, l. fundum. vbi Soci. ex illo tex. ff. de excep. nu. 7.

Et quandoq; exponitur pro Quoties, l. Lutius Titius. & ibi Flor. ff. de leg. 2.

SVMMARIVM
Dict. Semper.

1 *Testis dicens vidisse Titium à 30. annis citra semper possedisse, an falsi tentatur, si de eius absentia constet.*
2 *Testium depositiones Iudex claras reddere tenetur.*
3 *Alienationis prohibitio an ex dictione continuatiua colligatur.*

¶ SEmper, denotat tēporis continuationē, & perpetuitatē, l. in cognitione. ff. ad Syllan. l. sem-

ſemper. ff. quod vi, aut clam. l. duo. §. Imperator. ff. de alim. & cib. leg. Aemilian. conſ. 59. nu. 7. de qua omnino videnda dictio Quandocunq;

Quandoq;, pro duabus, vel tribus vicibus accipitur, §. quia verò. in Auth. de teſtam.

Et capitur ſecundum naturá clauſulæ, in qua eſt poſita, ità vt eam non ampliet, l. pater. §. fundum. ff. de leg. 2. Imo. l. peto. §. fratres. nu. 7. eo tit. & ſecundum ſubiectam materiam, Alci. l. 1. nu. 27. ff. ſol. matr.

Et qualificat totum teſtamentum, cum omnes caſus, & omne tempus comprehendat, Rom. l. 1. nu. 17. ſol. matr. Alex. Rauden. trac. De analog. c. 15. nu. 302.

Et quòd oſtendat temporis continuationem, placuit etiam gloſ. Bar. Ang. Imol. Rom. in l. 1. in ver. Semper. ſol. matr. Bal. 1. conſtit. Cod. Ang. l. minimè. C. de leg. Io. An. Abb. c. ex parte. de cler. non reſid. Soci. conſ. 55. nu. 10. in 4. Iaſ. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. de ver. oblig. & tandem poſt alios Io. Bolognet. d. l. 1. nu. 181. ff. ſol. matr. cócludens, quòd hæc dictio Quandoq;, ſignificat temporis, & caſuum continnationem, & aliquando interpellationes, ſeu interruptionem recipit: & ideò ſi natura actus eſt, vt non recipiat aliquas interruptiones, plenam denotat cótinuationem: ſi verò, vt fiat diuerſis horis, dicitur ſemper fieri, quando ſuis horis fit; & de horis nõ eſt interpellatio, licet de tempore ſit. Aut natura actus eſt, vt fiat quotidie, & ſufficit, quòd omni die fiat: & ſi natura actus eſt, vt fiat ſemel, vel bis in anno, dicitur ſemper fieri, ſi fiat quolibet anno duabus vicibus, vt eſt meſsium, & vindemiarum perceptio.

1 Vnde quæritur, an teſtis, qui depoſuit, vidiſſe, Titium ſemper à 30. ann. citra poſsidere, falſi puniri poſsit, ſi probetur, eum aliquibus annis abſentem fuiſſe, ex quò vox Semper, temporis continuationem ſignificat, Bolognet. ſupra poſt Rip. hinc, atq; hinc pleno cornu arguit, & ſub. nu. 184. concludere videtur, eum puniendum, ſi de abſentia Titij fluminis inundatione, vel alia interruptione conuicatur: niſi tamen teſtis dicti rationem reddendo declarauerit, de naturali, vel ciuili poſſeſsione ſenſiſſe.

Aduerte tamen, quia licet Imo. Abb. But. in proœm. decretorum dicant, quòd teſtis, qui dixit, Titium ſemper, vel continuò poſſediſſe, licet aliquo temporis interuallo alius poſſederit: tamen ſi interuallum modicum non fuerit, hoc tutum non videtur, Anch. conſ. 291. Capic. deciſ. 37.

Ego tamen crediderim, arg. à com-

à communi loquẽdi vsu, testem facile à falsi pęna saluari posse, si ex eius verbis constet, eũ sensisse de possessione, quæ cõtinuatur ex fructuum perceptione singulis annis à Titio, vel eius agentibus, ipsius etiam absentis nomine secuta, vel ex agrorum cultura: quia hic est communis sensus in testibus. Quis enim est, qui triginta annis, aliquem singulis annis, & cõtinuato tempore possidere, obseruauerit?

2 Laudo tamẽ Iudicem ad eiusmodi antinomias vitandas, vt in examine, præsertim imperitorum, testiũ depositiones clariores reddat, eorumq; mẽtem eliciat, ac describat: & in hoc sensu videatur Alex. d. l. 1. nu. 38. sol. matr. dicens post Bar. ne testis falsi puniatur, quòd quis semper possedisse intelligitur, si sẽper fructus collegit.

3 Insuper, hæc dictio alienationis prohibitionẽ inducit, etiã necessariè.

Sicut, & dictio Continuo, quę fieri non potest, etiam requisitis illis de familia, teste Rui. cons. 37. & 101. li. 2. & intelligitur omni tẽpore, glos. Doct. d. l. 1. Alci. cons. 3. li. 8. nu. 29. Rol. 23. nu. 18. li. 4. qui idem dicit de dictione, Perpetuò, & nu. 38. dicens, quod dictio Semper dicitur habere virtutẽ præcisam, l. 1. ff. sol. mat.

¶ Sæpè, pro duabus, vel trib. vicibus ponitur, glos. in auth. de test. §. Quin verò. Archi. & Io. An. in c. sæpe. de elec. li. 6. Inno. autem in c. 1. vt lit. non contest. in ver. Sæpe. exponit pro multis vicibus, Alex. l. sępè. de re. iud.

SVMMARIVM
Dict. Sæpius.

1 *Accusatio, quòd Titius percusserit sępius, de quot vicibus intelligatur.*

¶ Sæpius, à lege prolata, significat numerum infinitum, l. si quis. §. hæc vox. ff. de eden.
1 ab homine verò, duab. vicibus contenta est, vt in accusatione, Titius dixerit, se percussum sæpius, Bal. d. l. si quis. §. veluti. Alex. l. si idem. nu. 5. de iurisdic. om. iud. l. prætor. §. hæc vox. nu. 6. ff. de eden. Grat. cons. 15. nu. 8. li. 2. allegat, l. sæpè. ff. de re iud. l. mariti. §. qui, quęstũ. ff. de adult. Geor. Nat. repet. Clem. sæpè. col. 2. de ver. sig.

Verum est, quòd potest significare maiorem numerũ, quàm duarum vicium, l. cùm quæstio. C. de lega. Alex. l. sæpè. ff. de re iud. sed non perpetuitatem, Natt. cons. 410. nu. 18. li. 2.

¶ Sæpissimè, requirit saltem numerum trium actuũ. tex. vbi glos. in c. si quis erga. 10. q. 7. Gemin. in c. ab eo. de appel. li. 6.

li. 6. glos. auth. de trien. & semis. §. & quod sæpè. Alex. d. l. sæpe. nu. 4.

SVMMARIVM
Dict. Seu.

1 *Legans pecuniam, quam dixit habere Perusij, vel Paduæ, an vtranq; legasse credatur.*

2 *Priuilegium ędificandi domum cũ molendino, seu gualcheria, an vtrunq; complectatur.*

3 *Legatum de equo albo, seu nigro, an album, & nigrum comprehendat.*

4 *Electio in contractibus est debitoris, nisi alternatiua in creditoris fauorem adiecta sit.*

5 *Dos si promittatur restitui in bonis datis, seu æstimatio, cuius sit electio.*

6 *Electio in gratijs alternatiuis cuius sit.*

7 *Electio in legatis cuius sit.*

§ SEu, siue Aut, vel, Vè, disiunctiuę dictiones sunt, & ampliandi gratia ponuntur, vt expressis verbis dicit tex. in l. si quis ità legauerit. quæ passim allegatur, ff. de au. & arg. leg. l. generali. vbi Bar. C. de sa. san. Eccles. Vndè dicebat Cur. Iu. in l. precibus. nu. 47. C. de impub. & alijs substit. quòd dictio Seu, disiungit verba: sed sensum coniungit, & habet vim copulæ, d. l. si quis ita. Bertr. cons. 141. nu. 8. & 181. nu. 7. li. 1.

1 Et ideò scripsit Bal. in l. pen. C. de ver. signif. quem sequuti sunt Alex. cons. 193. nu. 4. li. 2. Roma. 363. Dec. c. inter cæteras. nu. 9. de rescrip. si lego pecuniam, quam habeo Perusij, seu Paduæ, quòd virtute dictæ dictionis ampliatiuę vtraq; debetur.

2 Et consultus respondit Alex. d. cons. 193. quòd priuilegium immunitatis concessum de ędificando domum cum molendino, seu, quæ vulgo appellatur, gualcheria, vtrunq; complectitur.

3 Sed contrarium suadet decisio Bal. in d. c. inter cæteras. nu. 13. quòd si lego Sempronio equum meum album, seu nigrum, vnum tãtùm debetur, non ambos: quia non videor sensisse de pluribus, ex quò vsus sum verbo singularis numeri: quem sequitur etiam Dec. supra, & contrarium collaudãt Moderni parisien. in addit. ad d. cons. 193. nisi res legatę, seu cõcessæ essent cõnexę.

Ego vtar verbis Mariani Soci. d. c. inter cæteras, dicentis, quòd adduci non poterat, vt crederet, si quis legat talem fundum, seu talem domũ, quòd vtrunq; debeatur.

Nec obstat tex. in d. l. si quis ità. quia, cùm ego vxori meæ mundum, ornamenta, seu, quæ eius causa paraui; videor posuisse vocem, Seu, declaratiuè, non ampliatiuè, nè oriatur cõtentio

tentio

tentio super significatione verborum mundi, & ornamenti.

Et dum legaui vina, quæ in vrbe, seu portu habeo; eam dictionem adscripsi, quia certus non eram an vinum, quod portum attigerat, in totum, vel in partem esset intus ciuitatem aduectum: & ideò clara illius legis verba facilè ad diuersa trahi non debent, Soci. tamen in l. is, qui ducenta. §. vtrunq;. videri potest: quia super hoc pleno folio elaborauit.

His fauere videtur Lud. Lusit. in l. 1. ff. de reb. dub. & fusius Couar. quem postmodum vidi, li. 2. var. resol. c. 5. licet in fi. c. subsistere videatur.

Et hæc conclusio illis concessionibus subseruit, quæ quotidiè fiunt è Principe de ædificando molendinum à grano, seu gualcheriam; vt vtrunq; concessum non videatur, quicquid dixerit Alex. supra.

Adde, quòd causa vitandę absurditatis, hæ dictiones disiũgunt verba, non sensum, l. si quisità. ff. de au. & arg. leg. Cast. cons. 317. nu. 10. li. 1. declarans verba, priuilegium, seu immunitatem, idest immunitatem, de qua in priuilegio.

4 Et natura dictionis est, vt sit alternatiua, & obligationem alternatiuam faciat, Bar. d. l. generali. quo casu, cùm sumus in contractibus, electio est debitoris, l. plerunq;, vbi glos. ff. de iu. dot. Aemilian. cons. 90.

5 nu. 2. & 10. in promissione de reddendo rem in dotem datam, seu æstimationem; vt electio sit viri, Feli. c. inter cæteras. de rescrip. nisi in creditoris fauorem adiecta sit, Bar. post Guiliel. de Cu. in l. quàmuis. ex eo tex. ff. de pignor. act. vbi, qui promisit soluere cētum in Paschate, vel dare pignus, cogi potest ad soluendum, Ias. in §. si quis agens. vers. huic autem. nu. 10. Instit. de act. Bal. Dec. l. vinum. ff. si cer. pet.

Sed contrarium Dec. d. c. inter cæteras. Alci. d. l. vinum. quòd propter naturam Disiunctiuę certius videtur, l. plerunq;. de iu. dot.

6 Idemq; est in gratijs, & beneficijs alternatiuis, vt electio sit beneficiati, & creditoris, non autem concedentis, Bal. Ang. l. beneficium. ff. de constit. princ. Paris. cōs. 7. nu. 42. li. 2.

7 In legatis verò dictio Seu, fauore legatarij non disiunctiuè iuxtà genuinam eius naturam; sed ampliatiuè ponitur, Bar. l. is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Natt. cons. 626. nu. 11. li. 3.

Et id propter dicitur dictio ęquiuoca, & aliquando correctiuè ponitur, l. ad protegendam. C. de in lit. iur. Aliquando expositiuè, pro Idest, Arch. Clem. 1. ver. Seu. de stat. reg. l. ad protegendam. C. de in lit. dan.

dan. tut. Pa. à Caſ. conſ. 378. nu. 5. li. 1.

Aliquando alternatiuè, & aliquando adauget, vt ſup. Bertr. pro ſaluando teſtem à falſo cõſ. 82. nu. 7. in 1. Soci. l. ſi is, qui ducenta. §. item ſi pater. nu. 2. ff. de reb. dub.

SVMMARIVM Dict. Si.

1 *Cùm, Si, Niſi, in quibus differant.*

¶ SI, denotat conditionem regulariter, l. 1. §. ſi quis. ff. de ver. oblig. Bar. l. 1. ff. de cond. & demon. l. qui promiſit. ff. de cond. indeb. Alex. l. huiuſmodi. nu. 2. de leg. 1. Soci. in conſ. 65. nu. 57. li. 1. & 46. nu. 23. li. 4. Pariſ. 18. li. 1. Rui. 181. li. 1. Ceph. 638. nu. 8. li. 5. Dec. 603. nu. 9. Menoch. 15. nu. 14. li. 1. Io. Bolognet. in l. hæc verba. nu. 30. de leg. 1. qui conſiderat has dictiones tribus modis, ſubdens, quòd quando conditio eſt impoſsibilis propter eius certitudinem, non ſuſpendit actum, & tũc exponitur, Si pro Quia, vt ibi pleno folio, & remiſsiuè à Tiraquell. in l. ſi vnquam. in princ. legis, dictione eadem. C. de reuoc. donat.

Inſuper, cùm hæc dictio à lege ponitur, non denotat conditionem, ſi abſonus ſequatur intellectus, ſed facti contingentiam, l. ſi vltra. ex eo tex. vbi Ang. C. de decur. li. 10.

Aduertendum, quòd quando per dictionem Si, adijcitur aliquid, quod neceſſario non inerat, verum eſt, quòd facit conditionem, aliàs ſecus, Flor. l. hæc verba. nu. 7. de leg. 1.

1 Et quomodo differant dictio Cùm, Si, & Niſi, docet Alex. in l. quandocunq;. §. ſicuti. nu. 4. & 5. ff. de ver. oblig.

Quandoq; etiam ponitur pro Quia, l. commodiſsimè. vbi Caſtren. nu. 5. ff. de lib. & poſth.

SVMMARIVM Dict. Sic.

1 *Subſtitutio ſub ijs verbis Titio Sic decedenti denotat conditionem.*

¶ SIc, eſt dictio limitatiua habens relationem ad præcedentia, & ad ea conceſsionem reſtringens, Aret. l. in depoſiti. ff. depoſ. Grat. conſ. 106. nu. 52. li. 2. cum omnibus qualitatibus ſuis, l. ſi quis ſeruum. §. fi. ff. de leg. 2. Rol. conſ. 34. nu. 28. li. 4.

Et cùm copula Et ſtat illatiuè ad præcedentia, Rui. conſ. 184. nu. 6. in 2. etiam cum omnibus qualitatibus, niſi actus inualiditas induceretur: ac etiam expoſitiuè, Rui. 102. nu. 12. & 170. eo lib.

Et in ſubſtitutione ſub ijs verbis, Et Titio ſic decedenti

substituit Sempronium, conditionem denotat, quæ formam inducit, Bal. auth. Matri, & auiæ. C. quando mul. tut. off. fun. potest. Vel modum, cum ponitur pro Ità, l. cum mota. C. de transact. Ceph. cons. 649. nu. 52. li. 8.

Et est demonstratiua ad oculum quòad formam, & modum faciendi, l. Gallus. §. ille casus, nu. 92. ff. de lib. & posth. & apud Vergil. Dicebat Priamus moriens,

Sic, sic iuuat ire sub vmbras.

Et repetit omnes qualitates in præcedenti dispositione enunciatas, ad quam se refert, l. si sic. ff de leg. 1. Soci. cons. 151. li. 1.

¶ Sicut, omnimodam similitudinem denotat, l. si quis obrepserit. ff. de fal. c. olim. de ver. sig. Bal. l. edita. nu. 3. C. de eden.

Et stat restrictiuè, sicut & dictio Prout, de qua supra, glos. Bar. l. edita. C. eodem. Grat. cons. 94. nu. 51. li. 2. Aduerte tamen, quòd non semper denotat omnimodam similitudinem, Abb. c. damnamus. nu. 1. ex illo tex. de sum. Trin. & fi. catho. & c. quia. nu. 6. de iud.

Et quandoq; stat casualiter pro Quia, Bal. Sali. Castren. d. l. edita. Abb. c. venerabilis. nu. 4. de confir. vt. vel inut.

Et quandoq; conditionaliter, glos. c. ex ore. de priuil. & in c. inquisitionis. de acus.

SVMMARIVM

Dict. Similiter.

1 *Similitudo relatiua debet esse certa.*

¶ Similiter, æqualitatem ostendit cum casibus præcedentium substitutionum, & alijs, §. hinc nobis. auth. de monach. §. veniens. in auth. de nup. Menoch. cons. 124. nu. 60. li. 2.

1 Et cùm dicitur, Et similia, similituto hæc relatiua debet esse certa, & à iure determinata: quia si diceretur, putà Petrum, & similia; hæc adiectio nihil operaretur, Bal. l. edita. nu. 23. C. de eden.

Et est dictio repetitiua, cuius natura est, vt omnia expressa in casu superiore, locum habeant in inferiore, glos. & ibi Gemin. in c. cupientes. §. insuper. in ver. præsentauerint. de elec. li. 6. Staphil. trac. de liter. grat. & iustit. fol. mihi 120. vers. Notandum.

SVMMARIVM

Dict. Simpliciter.

1 *Positionibus quando simpliciter responsum dicatur, si statutum mandet, eis simpliciter responderi.*

2 *Positionibus an rectè respondisse dicatur, qui dixit, Nõ credit, vt ponitur.*

3 *Positionibus taliter responderi debet,*

vt po-

vt ponens sit certus.

4 *Positioni non satisfacit, qui dixit, Non credo, nisi appareat.*

5 *Positioni an satisfaciat dicens, Credo, prout in Instrumento.*

6 *Positio continens mutuum restitutum, quomodo corrigi debeat.*

¶ SImpliciter, ex eius ethimologia significat, idest sine plica, & duplicatione, glos. in Clem. sępe. in ver. Simpliciter. de ver. sig.

Et tunc, quid simpliciter fieri dicitur, quando nihil est additum, l. iubemus. C. de appel.

1 Sic & dicitur simpliciter positionibus responderi, prout municipales leges mandare solent, quando respondetur ad literam, pro vt iacet positio, tex. est in auth. de fideius. in prin. quem ad hoc animaduertit Bal. in l. in testamento. C. de suis, & leg. Ias. & moderniores in l. 1. §. si quis simpliciter. ex eo tex. nu. 8. ff. de ver.

2 oblig. Vnde abusus ille, qui in hac regione inoleuit, quòd responsio ad positiones, Nõ credit, vt ponitur, admittatur; è iudicij limine reijciendus est: quia hoc non est simpliciter, sed dupliciter respondere. Et

3 taliter, quòd ponens de responsione certus non redditur, l. certum. ff. de confes. Natt. cons. 61. li. 1. qui post Mattesil. not. 37. ibi. nu. 12. dicit,

4 nec etiam eam responsionem admitti, qua dicitur, Non credit, nisi appareat: sicut nec simplex

5 dicitur ea responsio, Credit, prout in instrumento, nisi id à respondente exhibeatur, Alex. cons. 81. nu. 9. li. 6. aliàs frustra inuẽtæ essent positiones, vt quis à probãdi onere releuaretur, c. 1. vbi glos. de cõfes. in 6.

Nisi tamen quæstio sit super eo instrumento, Florian. in l. de ætate. §. nihil interest. nu. 8. ff. de interrog. act. vbi quando, & quomodo positionib[9] sit respõdẽdũ, & in l. 1. nu. 10. eo. tit.

6 Sed quid, si quis ponat mihi, 10. aureos mutuò tradidisse, quos sibi secretò restitui, & vt probandi onus, ad me non pertineat, curare debeo, quòd iudex addi faciat verba, quibus asserat, adhuc me debitorem, vel quòd admittat responsionem, Nõ credit mutuum recepisse, cuius sim debitor: aliàs non diceretur simpliciter responsum, Imol. Gemin c. cupientes. de elec. in 6. Cępol. caut. 60. & 136. Alci. d. §. si quis simpliciter. nu. 72. vers. ego puto. post Ias. in l. manifestæ turpitudinis, & in l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. & Curt. in l. 2. C. de iurã. calũ. & trac. de posit. nu. 39. qui idem in iuramẽto delatorio adseuerãt. Primum tamẽ remedium salubrius est, vt docet Alci. sup. q̃a nõ videtur satisfactũ statuto, sic respõdẽdo.

SVMMARIVM
Dict. Simul.

1 *Institutio de Titio simul, vel vnà cùm filijs operatur, vt eodem tempore sint hęredes.*

2 *Statutum, ꝙ quis succedat simul cum liberis prioris matrimonij, quid operetur.*

¶ Simul, denotat congregationem, & connexitatem, c. 1. de consuetu. li. 6. & æquipollet dictioni.

¶ Vnà cum, est aduerbium congregandi, cuius natura est cõgregare ad suum subiectum,
1 Vndè, si institutus fuit Titius simul cum filijs, vel vnà cum filijs; eodem tempore hæredes erunt, Barbat. cons. 59. col. 2. li. 1. istæ .n. dictiones denotant coniũctionẽ simultaneam, Paris. cons. 80. nu. 20. li. 3. & copulatiuè
2 capiuntur, Bal. l. 1. §. ijs itaq;. C. de cad. toll. in statuto, quòd, existentibus liberis prioris matrimonij, maritus succedat simul cum eis, Rol. cons. 62. nu. 14. li. 3.

Et habẽt vim coniunctiuę, seu copulæ, glos. rub. de iu. & fac. ignor. Alci. cons. 121. nu. 3. li. 9.

Et earum natura est vnire, quę sequuntur, cum pręcedẽtibus, l. fi. cum glos. ad l. aquil. Ceph. cons. 365. nu. 7. li. 3.

¶ Siue, est disiunctiua, Alex. l. seruus. de ver. oblig. & disiungit verba, non sensum, Rui. cõs. 57. li. 1.

Quandoq; etiam disiungit sẽsum, & verba, & est alternatiua, vt cùm ponitur inter penitus diuersa: & eius natura est, cuius est alternatiua Aut, & Vel, Bar. d. l. si quis ità.

Et denotat ordinem successiuum, l. hæredes mei. §. pen. ff. ad Trebel. Rui. cons. 149. nu. 13. li. 2.

¶ Sin autem, est dictio alternatiua, l. prętor edixit. §. quòd autem. ff. de iniur. & fam. libell.

Et alternatiua, est iuris successio, Hotom. in comment. iuris. ver. Alternatio: cuius natura est, vt verba in vna parte orationis declarent verba in altera. Ias. l. is, qui pro emptore. ff. de vsucap. nu. 40. Menoch. cons. 122. nu. 11. li. 2.

Et, quòd sub ea aduersatiuè dispositum non procedat, si habeat locum id, quod dispositum est in præcedenti dispositione, tex. l. si ità scriptũ. & ibi Bar. ff. de lib. & posth. & in l. in repetendis. ff. de leg. 3.

¶ Si verò, idem importat, quod dictio, Sin autem, de qua supra, & huius aduersatiuę virtute censetur repetita qualitas pręcedens, Soci. Iu. cons. 73. nu. 10. li. 1.

¶ Solum, est dictio taxatiua, & excludit alias personas, l. 3. §. cùm filius. ff. de adim. leg.

Grat.

Grat. cons. 27. nu. 30. in 1.

Et est etiam negatiua, & priuatiua, sicut dictio Tantùm, c. cùm ecclesia. de cau. possess. & propriet.

¶ Specialiter, ęquipollet dictioni expresse, glos. l. negotium. ff. de nego. gest. Paris. cons. 45. nu. 9. li. 3. glos. in l. 1. vers. Specialiter. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdic. vbi Alex. nu. 14.

Et plus est, quid specialiter fieri, quàm generaliter, c. 2. glos. 2. de offi. ordin. & c. quanquàm. 30. distinc.

¶ Sponte, excludit exceptionem metus, Bal. l. mater. vers. quid si Tabellio. C. de rei vendi. & l. 1. C. de priuil. dot. Rober. Marã. disput. 10. nu. 10.

¶ Statim, dixi supra in dictione Incontinenti, & denotat ipso iure, Bar. l. 1. ff. iudic. sol. Ias. in §. rursus. nu. 17. Institut. de act.

SVMMARIVM
Dict. Sub.

1 *Testator si mandauit fundum dari Titio sub pęna 10. cui debeatur.*

2 *Pœna simpliciter imposita, an fisco applicetur.*

¶ SVb, pro coram ponitur, l. manicheos. C. de episcop. & Cler. l. generaliter. C. de reb. cred.

1 Ponitur etiam subrogatoriè, vt cùm testator mandauit heredi, vt daret fundum Titio sub pœna decem aureorum: quia vtrunq; nõ debetur: sed Titius altero tantum debet esse contentus, Bal. l. 1. nu. 17. C. de ijs, quæ pœnæ nom. Quod credo verum, si testator vlterius processit, dicens, sub pœna 10. eidem Titio applicandorũ. aliàs pęna simpliciter imposita fisco addiceretur: sed verius est, cùm pœna non ex edicto, sed ex vltima voluntate debeatur, cohęredi, vel substitutis addici ex Bar. post Iac. de Belui. in l. vxorem. §. hæres. vers. agri plagam. per tex. ibi. ff. de leg. 3. Bal. auth. cui relictum. C. de indic. viduit. toll. Ias. in §. superest. nu. 18. Instit. de action.

¶ Succesiue, posita in substitutione suadere videtur, vt sit compendiosa, Alex. cons. 13. li. 4. Soci. 12. li. 3. Alba. 19. nu. 8. si mortis mentio habita fuit.

SVMMARIVM
Dict. Summariè.

1 *Causæ cognitio est de substãtia Iudicij.*

2 *Clausula Sine strepitu, & figura Iudicij, quid operetur.*

3 *Iudex ordinarius an ex clausula Sũmariè, sinè strepitu, & figura Iudicij, delegatus efficiatur.*

4 *Clausula, Visa tantùm veritate, plus operatur, quàm Summariè, & sine strepitu.*

5 Cau-

5 *Causæ in dictione Vrbinensi omnes sunt summaria, nec ob id Iudices delegati dicuntur.*

¶ SVmmariè, dictio posita in rescripto denotat, vt summatim, & breuiter procedatur, Bar. ex eo tex. in extrauag. Ad reprimendum. in ver. Summariè. cuius vocis virtute abbreuiantur dilationes: quod aliàs fieri non posset, nisi causa co-
1 gnita: quia causæ cognitio est de substantia Iudicij, l. Iudex. C. commin. vel epist. non tamē ità dilationes abbreuiantur, vt probationes fieri non possint, nec, vt aliquid ex substabtialibus omittatur tùm respectu libelli, tùm litis contestationis, citationis peremptoriæ, vel ꝙ procedatur feriarum tempore, vt docet Bar. supra: & id pro-
2 pter adnecti solent verba, Sine strepitu, & figura Iudicij: de quibus in d. extrauag. & in Clem. sæpè. de verb. signi. quæ simul iunctæ magis operantur, vt pleniore folio ostēdunt Bar. supra, & Geor. Natt. d. Clem. sæpe. & præsertim decisio 1. pedem. nu. 29. cum seqq. ità vt omnes solennitates iuris ciuilis omitti possint, Roma. cons. 498. Ceph. 89. nu. 15. 163. nu. 16. in 2. Rui. 134. in 5. Rol. 33. in 2. Burs. 73. nu. 18. & 74. nu. 69. li. 1. & alij passim.

Sed quid si proferatur à statuto, Guiliel. in Spec. tit. de offi. iud. §. fi. dicit operari quoad ordinem procedendi, non quoad probationes, ast Flori. in l. In hac actione. §. sciendum. nu. 9. dicit idem esse, siue à statuto, siue à iure communi proferatur.

3 Sed an rescriptum cum clausula Summariè, & c. iudicem ordinariū delegatū faciat; quęstionis est non vulgaris, quæ oritur ex c. licet. & c. graue. de offi. ordin. in qua Bal. in add. ad Spec. ti. de lega. vers. sed quid si commissio; propè fi. arguit pro opin. Iac. But. quòd Ord. virtute commissionis cū verbo Summariè, quòad procedendum sit delegatus; quòad sentētiandū ordinarius: tādem contrarium probat, & sic quòd delegatus efficiatur.

Innoc. ante ipsum in d. c. licet. dicebat, quòd, si cōmissio facta est ordinario, cui nil committitur supra ordinariam cognitionem; non alteratur iurisdictio, Alber. in l. sæpe audiui. ff. de offi. pręs. col. 2. vers. si autem loquimur: in rescripto in specie commissionis summarietatis dicit, quòd iudex ord. fit delegatus.

Ang. Alex. Soci. Aret. Ias. l. 1. §. si quis simpliciter. de verb. oblig. post aliqua hinc, atq; hinc adducta sentire videntur, quòd commissio Iudicem, aliàs ordinarium, delegatum faciat.

Sic

Sic Iaſ. in l. Ius autem ciuile. nu. 5. de iuſt. & iu. in ſpẽ loquens de commiſsione cum clauſula Summariè. quia Ang. Alex. Soci. & Aret. de dicta dictione non loquuntur; ſed ꝙ cùm cauſa cum aliqua detractione, vel additione committitur, vltra ordinariam cognitionem, ord. delegatus euadit, Abb. anti. d. c. licet. dicit, quòd cùm ordinario ſcribitur ſuper ijs, quæ ex officio facere tenetur, vt ord. inſtituitur, & nõ, vt delegatus, cõſtituitur.

Io. An. ibi ijſdem ferè verbis vtitur.

Abb. Panor. ibi nu. 3. concludit, quòd vbi à ſuperiore ſcribitur ordinario, ex circunſtantijs comprehendi debet, vtrum Princeps delegatum facere voluerit, vel ordinarium eius officium excitare.

Feli. d. c. licet. nu. 6. patulo ore dicit, quòd verbum Summariè, in commiſsione facta Iudici aliàs competenti; facit eum delegatum, quando cauſa eius natura non eſt ſummaria.

Bellem. d. c. licet. nu. 2. concludit, quòd ſtante commiſsione, ꝙ ord. cognoſcat ſimpliciter, & de plano, videtur delegatus conſtitui: aliàs videtur eum potius excitare, vt eius officium exequatur.

Iaſ. d. l. ius autem ciuile. nu. 8. limitatione 4. ad d. concluſionem, de effectu dictionis Summariè, allegat Iac. But. dicentem, quòd ord. efficitur delegatus quòad procedendum tantùm, remanente quòad ſententiam ordinario: & cum eo tranſire videtur.

Pet. ab Ancha. conſ. 201. Rectè perpenſus. ſentit, quòd cauſa virtute reſcripti ſummaria, & quòd procedatur ferijs non obſtantib. non fiat delegata; & quòd noua iuriſdictionis ſpecies inducta cenſeatur, licet concludat eo caſu, Iudicem delegatum extitiſſe: quia cauſa ad eius officium non pertinebat.

Zaſ. d. §. ſi quis ſimpliciter. nu. 17. tenet, quòd, etiã quòd Princeps reſcribat his verbis, videlicet, Præcipimus, vt ſummariè cognoſcas. niſi dixerit, Authoritate noſtra, ord. remaneat ordinarius, ex d. c. licet. & c. graue. de offi. ord.

¶ Practicus Papien. in for. libel. in actio. reali. verbo Summariè. nu. 13. Cur. Iun. in l. Iudices. nu. 3. C. de iudic. idem probare videntur. Itaq; quàm ſit crebrior ſenrentia, vix percipi poteſt.

Putarim ego in hac controuerſia ſic diſtinguendum, quòd aut cauſa eſt Ordinario commiſſa ſub dictione Summariè tantùm abſq; alijs, de quibus in d. extrauaganti, & d. Clem. ſępe. & tunc iuriſdictionem excitatam, non alteratam cenſeri, ex quò, vt ait, Bar. ſup. eius

vocis

vocis virtute dilationes tantum abbreuiantur, nec in aliquo, quæ ad iudicij substantiam pertinent, tolluntur. Aut vltrà dictionem Summariè, adscripta fuere verba Sine strepitu, & figura iudicij, de quibus supra, vel clausula Visa tantùm
4 veritate, quæ plus operatur, quàm ea, de qua in d. extrauag. & Clem. sæpè. vt ex Alex. cons. 114. nu. 4. li. 5. & Dec. c. quoniam contrà. nu. 4. de proba. & tunc, quia datur potestas etiam super ijs, quæ iudicij substãtiã cõcernũt, delegationẽ tributã demõstrãt. Illud non omitto, ꝙ in Auditorio Serenissimi D. mei Vrbini Ducis cuilibet petenti conceduntur rescripta cum clau-
5 sulis suprascriptis: & nihilominus nemo ex ordinarijs audet se delegatum profiteri, & ob id in causis sportulas petere. Et ibi ex constitutionibus omnes causæ sunt summarię, vt lites breuiorem tractum habeant: quod Princeps ille subditorum amãtissimus quotidie pręcipit, & fieri debere conclamat.

SVMMARIVM
Dict. Super.

1 *Legatum centum librarum si fiat super bonis testatoris, an peti debeat quantitas, vel bona.*

¶ SVper, aliquando exponitur, pro Vltra, Rui. qui ponit exemplum, cons. 94. li. 4.

Et si adijciatur verbo Bonis ad hypothecam refertur, accedẽtem actioni personali, Bar. l. fundus. ff. de ann. leg. Alci.
1 cons. 20. li. 9. tom. 3. in legato facto super bonis testatoris, vt non possit peti quantitas super illis bonis: allegat Bal. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. test.

SVMMARIVM
Dict. Supra.

1 *Testator, quando in priore substitutione vocauit masculos, etiam in secunda eos vocasse censetur.*

2 *Relationis natura est, vt cum omnibus qualitatibus præcedentis dispositionis facta videatur.*

¶ SVpra, facit relationem ad
1 pręcedentia, Bar. l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul. Dec. cõs. 181. Paris. 19. nu. 69. & 48. nu. 14. li. 2. vbi quòd quando testator in prima substitutione vocauit filios masculos, in secunda etiam vocasse pręsumitur, licet masculinam qualitatem nõ expresserit, dicens Substituit eorum filios, vt supra. Quod & replicasse videtur in
2 eadem specie cons. 75. nu. 11. eo. lib. Natura enim relationis est, vt cum omnibus qualitatibus pręcedentis dispositionis facta

facta videatur, Dec. conf. 182. Parif. 80. nu. 49. eo. Rui. 18. nu. 12. li. 2. Rol. 34. nu. 29. li. 4.

T

TAliter, est dictio limitatiua, & restrictiua, c. 2. de tempor. ordin. Grat. conf. 54. nu. 13. li. 1.

Tamen.

Tamen, est dictio limitatiua. l.ità tamen. ff. ad trebel. l. vbi adhuc. §. ità tamen. C. de iu. dot. Aret. l. 1. §. pupillus. ff. de acquir. possess. Ay. conf. 23. nu. 26. Rui. 137. li. 1. Menoch. 146. nu. 8.

Et ponitur exceptiuè à regula, quæ pręcedit, Bertran. conf. 225. li. 3. Soci. Iu. 22. nu. 8. li. 4.

Et venit aduersatiuè ad pręcedentia respectu iuris, & facti, l. cùm hic status. §. diuortium. ff. de donat. inter vir. & vx. Parif. conf. 38. nu. 75.

Et aduersari debet pręcedentibus, Bar. l. 1. ff. si quis iusdic. non obtemp. Aemyl. conf. 6. nu. 7.

Et est correctiua superiorum, d. §. si diuortium. Alci. conf. 100. nu. 6. tom. 3. li. 9.

Et quòd sit aduersatiua, diuersificãs vnum casum ab alio, Rui. conf. 11. in 2. & includens quod determinat, & omne aliud excludens, idem conf. 41. li. 11. nu. 8. & sit limitatiua, & restrictiua, vt supra, probat etiam conf. 1. li. 4.

Tàm, est copulatiua diuersorum, glos. l. mercatores. C. De commert. & mercat. l. quicunq;. C. de hæret. Io. Feral. trac. de priuil. Regni Franc. in prin. in 3.

SVMMARIVM
Dict. Tàm, & Quàm.

1 *Dotis promissio à patre tàm de bonis paternis, quàm maternis quomodo accipiatur.*
2 *Intellectus l. fi. C. de dot. promis.*

¶ TÀm, & Quàm, ponuntur comparatiuè, Bal. Castren. Aret. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. Plot. conf. 86. nu. 8.

Ponuntur etiam separatiuè, Ias. conf. 141. nu. 5. li. 4. Alci. 487. tempore impres. Menoch. casu. 315. li. 2.

Et ideo dicuntur etiam dictiones diuisiuæ, quæ actum, & dispositionem cuilibet enũciato ęqualiter tribuunt, l. sancimus. C. de testam. l. is, cui legatorum. ff. vt in pos. legat. Grat. conf. 9. nu. 99. li. 1.

Et quandoq; accipiuntur augmentatiuè, Ay. conf. 227. nu. 9. Menoch. 295. nu. 7. li. 2.

Et quandoq; copulatiuè, vt scribit D. Simon Pretus trac. de interpret. vlt. volunt. li. 9. dub. 4. nu. 89.

Et eorum natura magis ad singu-

singularitatem refertur, l. fi. C. de dot. promis. Alci. cons. 39. nu. 21. & 41. nu. 14. to. 3. li. 9. dicens, quòd licet stent collectiuè, tamen in singularitates resoluuntur: & sic in
1 sensu singulari, non composito, d. l. fi. ità vt, si pater dotet tàm de bonis eius, quàm maternis, verba promissionis accipiantur in sensu composito, videlicet, tàm de bonis maternis, quàm ipsius pro dimidia, sed sensu singulari Dec. cons. 86. Bal. Nouel. de dote. in 5. par. 6. priuil. admonet patres, vt sint in eiusmodi promissionibus cauti virtute d. l. fi. sequitur Curt. l. frater à fratre.
2 nu. 65. ff. de cond. indeb. Ias. l. 1. nu. 24. ff. sol. matr. allegat Nouel. supra, nec figit pedes.

Alci. de præsump. reg. 1. præs. 26. probat decisionem supra, nisi filia promissioni consentiat, allegat Soci. c. tuæ. de spons. & Cor. cons. 16. li. 3.

Paris. cons. 80. li. 3. respondit hac in specie, dispositionem d. l. fi. procedere, etiam si pater in dotando modum excessisset: dicens, præsumi talem excessum de proprio, dummodo pater idoneas habeat facultates respectu bonorum eius aliorum filiorum, seu filiarum, numero non considerato: & hoc, etiam quòd expressè paternis, & maternis bonis renunciauerit: quòad principalem decisionem allegat decis. Neapol. Afflic. 179.

Ego quòad nullitatem renũciationis subsisto: tum quia contrarium sentit Alci. supra, si modo eiusmodi renunciatio valide, & seruatis seruandis facta proponeretur, vt puta cum curatore à patre requisito, & Iudicis decreto, cum causæ cognitione interposito: quia magnæ essent filiæ facultates: paternæ verò, si promissio compleretur; vix ad victum necessariæ, & ad eius egestatem tollendam sufficientes.

SVMMARIVM
Dict. Tanquàm.

1 *Testis dictum, quòd Titius nominabatur, & tractabatur tãquàm filius, quomodo accipiatur.*

2 *Statuto dictante, quòd aliquis tanquàm falsarius puniatur, an vera pœna falsi imponi debeat.*

3 *Statutum dicens, quòd habitans tanto tempore habeatur tanquàm Ciuis, quomodo accipiatur.*

¶ TAnquàm, est aduerbium similitudinis & verbis subiunctiuis iungi solet, Plin. natur. histo. Tanquàm nesciamus, hanc esse solam, quæ nunquàm irascatur. Et Cic. Tuscul. 1. Gloria virtutem, tanquã vmbra: sequitur. Et est improprietatis nota, l. si pecuniam. ff. si cer. pet. & denotat similitudi-

tudinem, l. 1. C. de hęred. instit. Bar. l. omnes pop. q. 6. prin. de iust. & iu. Bal. l. meminimus. C. de legit. hæred. Ias. Soci. in d. l. si pecuniam. & Ias. l. 1. C. de hære. instit. col. 2. Rip. c. ad aures. nu. 4. de rescrip. Soci. cons. 6. nu. 20. li. 4. suadet glos. in c. solitæ. in ver. Tanquàm. de maiorit. & obed. Paris. cons. 115. li. 4. dicens idem de dictione Vti Roland. cons. 60. num. 43. in 1. Igneus rep. auth. ex causa. nu. 27. C. de lib. pręter. Rimin. 289. nu. 40. in 2. in teste deponente, quòd spurius tractabatur, vt legitimus: & Petr.
1 à Pet. doctor admodum excel. Placent. amicus meus, trac. de fideicom. q. 11. nu. 502. in teste dicēte, Titium nominatum, & tractatum, tanquàm filium.
3 Vnde Bal. in c. nonnulli. nu. 5. de rescriptis. dicit, quòd statuto disponente, quòd aliquis tanquàm falsarius puniatur: nō tamen pęna legis Cornelię puniendus est, sed arbitraria: quia ea dictio improprietatem denotat: quod sentit etiam Feli. ibi. §. sunt & alij. nu. 24. referens Bal. qui menti tenendum duxit, & probasse videtur in c. solitæ. nu. 6. de maior. & obed. & pro singulari scripsit Mars. Sing. 236. incip. Dictio Tāquā.

Sed huic decisioni libenter non acquiesco: quia dictio Tāquàm, quandoq; est etiam veritatis expressiua, Bar. vulg. l. omnes populi. Bal. Abb. Feli. d. c. solitæ. Soci. cons. 9. col. 9. in 1. suadet tex. in c. ex parte. vbi Abb. de spons. de illo, qui promisit tractare Bertam, tanquàm vxorem, & sic verè, & propriè, non impropriè: & ex ijs, quæ dixit Bar. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. quòd quando lex, vel statutum disponit in materia, in qua verè disponere potest, vt in ijs, quæ iuris sunt; tunc eadem di-
3 ctio est veritatis expressiua, vt si dicatur, Titius habeatur tāquàm ciuis. Foller. de cens. in verb. Tanquàm res iudicata. in prin. Quid enim si falsitas adeò grauis esset, vt maximam pœnam mereretur, & ideò amplius deliberandum?

Insuper, hæc dictio interdum ampliat, & aliquando restringit, l. 1. §. solet. ff. quando appel. sit. Bal. c. cùm non. nu. 5. de offi. leg.

SVMMARIVM Dict. Tantùm.

1 *Taxatiuorum verborum geminatio an operetur exclusionē casuum similiū.*
2 *Hęres institutus in vita tantùm, nullo dato cohęrede, vel substituto, an perpetuo hæres censeatur.*
3 *Pactum, stante taxatiua, ad hęredes non transit.*

¶ TAntùm, & } vltra ea,
¶ Tantummodo } quę dixi supra, sub dictione Duntaxat, sunt exclusiuæ omnium aliorũ casuum, l. serui nomine. ff. de vsucap. l. His solis. C. de reuoc. dona. & dicit Flor. in cons. 15. nu. 7. quòd includit casum taxatum, & alios excludit, Bero. cons. 178. nu. 69. li. 3. & omnes alias personas præter expressas excludunt: l. 1. vbi Bar. ff. si quis iusdicen. non obtemperauerit, Paris. cons. 85. nu. 47. li. 2. Rip. l. fi. nu. 136. vers. 41. C. de reuoc. don.

Non tamen excludunt casus similes, glos. in l. ob aes. C. de præd. min. Zas. l. 1. §. per seruum. nu. 14. ff. de acquir. pos. Soci. Iu. cons. 1. nu. 137. li. 1. & 53. nu. 11. & 152. in 11. Rip. supra. nu. 138. in filio, qui etiã ex similibus causis, quàm expressis, exhęres fieri potest ex sententia Guil. à Cu. in auth. non licet. vbi etiã Ias. C. de lib. pręte. quam Rip. cõmuniter receptam dicit, Couar. c. Raynutius. nu. 16. de testa. Et in filio appellante patrem stultũ, Cur. Iun. cons. 148. Natt. 462. Abb. in c. cùm dilecta. de confir. vti. vel inut. nu. 8. dicit idem, si in alia parte iuris reperitur exceptus, vel ex identitate rationis, & in materia fauorabili, & pia. Amplia, vt
1 non excludant casus similes, etiam si testator vsus sit verbis taxatiuis geminatis, Alex. cõs. 130. nu. 1. li. 4. in statuto, Silua. cons. 6. Ceph. 530. nu. 69. Pet. à Pet. Placen. de fideic. q. 9. nu. 246. dicens, quòd solum operãtur maiorem expressionem, nõ autem exclusionem aliorum casuum similium.

Insuper dictiones pręfatæ extensionem impediunt, l. qui aliena. §. libertos. ff. de neg. ges. l. 3. §. cum Titio. ff. de adimpres. leg. habent enim taxatiuæ voces negatiuam implicitam, ità quòd aliter fieri non possit, c. cum Ecclesia Sutrina. vbi glos. de cau. pos. & propriet. vbi Io. An. in ver. Tantũ. Ay. de antiq. temp. quarta par. nu. 112. vbi ponit multas limitationes, quas operæ non est pretium recẽsere, laxiore otio enumerandas.

Et quòd taxatiuæ in materia fauorabili personam non excludant, in qua eadem est æquitas; Alber. l. fi. C. de interd. mat. & nouissimè ostendit Alex. Rauden. trac. de anolog. c. 15. nu. 84. vbi pleno cornu, quando hęredes excludantur.

Insuper, sunt exclusiuę vlterioris temporis, sicut aliarum rerum, glos. l. rationes. C. de probat. Pa. à Cas. cons. 241. li.
2 2. de instituto hęrede in vita tantùm, nullo dato cohærede vel substituto, an hęres eius, vel ab intestato venientes admittãtur: de quo vidẽdus Aret. in l.

in l. si mater. ff. de vulg. & pup. Imol. l. hęreditas ex die. ff. de hęred. instit. & Cor. in l. extraneum. C. eodem.

Excludunt etiam hęredes in pacto cũ pręcessore inito, Bar. Ang. in l. si sic stipul. 2. de ver. oblig. Dec. cons. 28. Bertr. 184. in 1. licet regulariter Pacta actiuè, & passiue in hęredes transeant, Bal. c. ex parte decani. de rescrip. de quo Iac. Nouel. reg. 154. li. 2.

¶ Totaliter, idẽ significat, quod in totum, c. ex ore. §. fi. de priuilegijs. de qua fusius scripsi supra sub dictione Prorsus, quæ idem denotat. Idemq; sub voce Penitus, & Omnino.

Et est tantæ virtutis, vt ex ea quandoq; fideicommissum absolutum inducatur, Rol. cons. 98. nu. 15. Maluasia cons. 50. nu. 24.

¶ Tunc, denotat temporis extremitatem, tex. est in l. 4. §. fi. vbi glos. & Bar. ff. de cond. & demõ. l. cum quidam. vbi Flor. ff. de vsur. Castren. cons. 184. nu. 6. li. 2. Abb. c. super. nu. 11. de appel. Alex. l. in substitutione. nu. 3. de vulg. & pup. & quandoq; diuersitatem, nu. 9. restringit dispositionem ad illud, Grat. cons. 106. nu. 11. in 2. post Feli. in c. licet causam. col. 4. de proba. Ias. §. rursus. nu. 27. Institut. de act. Cor. cons. 79. li. 4. Fulg. 50. Rui. 200. li. 2. Soci. 180. nu. 50. in 2. Alci. 101. nu. 13. li. 9. Paris. 31. nu. 26. in 1. & restrictionem facit ad casum expressum tantùm, Paris. cons. 14. nu. 9. li. 3. Et ne dum restringit: sed etiam limitat cons. 20. nu. 15. & 108. nu. 26. eo li.

Et restringit dispositionem, vt ad casum omissum non extendatur, Vber. Zucar. in l. fi. nu. 101. C. de edic. di. Adr. tol. Et restringit ad casum formaliter expressum, Paris. cons. 30. nu. 56. li. 2. fusius Ceph. cons. 329. nu. 31. in 3. Rol. 70. nu. 13. in 3. & 39. nu. 27. li. 4.

Et adiecta personis prohibet extensionem ad alias personas, sicuti adiecta tempori, vel casui, Rui. cons. 31. li. 3. Ancha. 356. Dec. 315. Gomez. d. §. rursus. nu. 16. Ceph. cons. 711. nu. 4. li. 5.

Et impedit morę purgationem, vt docet Bal. in c. sicut nobis. de supplé. negli. pręlat.

Aduerte, quòd licet denotet temporis extremitatem: tamen de quo tempore significet, à verbis pręcedentibus dependet, l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. Iac. Mandel. cons. 51. nu. 20.

¶ Tunc, & Eo casu, propter vim geminationis extensionem vltrà casum permissum fieri non permittit, Dec. l. quàmuis, C. de impub. & alijs subst. & cõs. 315. & 332. Alci. 71. nu. 17. li. 9.

Et

Et habet vim restrictiuã, Dec. d. cons. 315. 332. Alci. 44. nu. 47. eo li.

Et est limitatiua, & prohibet, extensionem fieri extrà illum casum, Ancar. cons. 267. 356. Soci. 258. Dec. 89. & 228. Alci. cons. 37. nu. 11. Ceph. 85. li. 1. & 269. nu. 29. li. 2. Rol. 56. li. 3. Natt. 667. Rimin. Iun. 171. Gram. 124. nu. 39. Bero. 67. nu. 13. li. 2. Burs. cons. 13. & 51. Menoch. 106. nu. 326. li. 2.

V

¶ Vbi, dictio dupliciter stare potest, glos. in l. si quis in legatione. ff. de iud. localiter, & temporaliter, Bar. Cur. Iu. l. 1. eo tit.

Et facit conditionem, l. si ità scriptum. §. fi. de leg. 2. Bar. l. 1. ff. de cond. & demon. quæ conditio formam inducit, Bal. auth. matri, & auiæ. C. quando muli. tut. off. fun. pos. Ceph. cõs. 441 nu. 57. & 360. nu. 19. li. 3.

Et denotat diuersitatem causarum, vel negotiorum, Bar. l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 2. ff. de offi. Procon. l. vbicunq;. ff. de reg. iu.

Aliquando tamen etiam locorum diuersitatem ostendit, l. vbi. ff. de iudic. Odof. d. §. vbi decretum. nu. 2.

Vbiq;, accipitur pro quocunq; loco, l. 1. vers. vbiq;. ff. sol. mat. Institut. de vsucapion. in prin. Paris. cons. 111. nu. 12. in 1. & Io. Bolognet. rub. sol. mat. nu. 186.

¶ Vel, dictio est, quæ plurib. modis capitur, aliquando augmentatiuè, vt l. littus. ff. de ver. signifi. aliquando pro disiunctiua, quæ non patitur, vt qui simul vocati sunt, simul vocentur, sed separatim tantùm, l. cum pater. §. pen. de leg. 2. Alci. cons. 195. li. 9. to. 3. Et verificata in vno, totam dispositionem affirmatiuam veram reddit, l. si is, qui ducenta. §. cũ ita. ff. de reb. dub. & ibi Bar. Alci. cons. 5. nu. 13. li. 2. to. 1. Tiraquell. de nobilit. c. 8.

Quandoq; ponitur pro coniunctiua. c. 1. de eo, qui feud. Io. Igneus. repet. auth ex causa. nu. 60. C. de lib. prẹter. quæ licet personas distinguat, sensum coniungit, l. si ex toto. §. 1. de leg. 1. sed hoc casu valdè impropriè accipitur, Igne. supra. nu 6.

Quandoq; pro declaratiua, vt Vel, pro Idest, vt cùm inter genus, & speciem ponit, l. lege aquilia. vbi Flori. nu. 4. ff. ad. l. aquil. Alci. d. l. littus. Rui. cons. 99. nu. 11. in 2. Alex. l. 1. nu. 8. ff. de iurisd. om. iud.

Et inter personas honoratas in coniunctam resoluitur, Soci. Iu. cons. 50. nu. 3. in 4.

Quandoq; ponitur in vim ordinis, Paris. cons. 31. nu. 8. li. 3. & ponitur inter diuersa eiusdem

dem generis, l. 1. ff. de re. dub. Ceph. cons. 256. nu. 43. li. 2. videlicet diuersa in substantia, inter similia in qualitate, vel inter parum discrepantia, Bal. l. filiæ. C. de collat. Aemyl. cons. 79. nu. 7. Rol. 99. nu. 57. li. 4.

Ponitur etiam inter æqualia, l. 1. ff. de reb. dub. Grat. cons. 52. nu. 38.

Et est alternatiua, quæ habet in se implicationem, & implicat præcedentia in sequentia, §. per occasioné, in auth. de nupt. Grat. cons. 160. nu. 44. li. 2.

Et quandoq; ponitur correctiuè, l. si is, qui. §. si libero, vbi Pa. à Cas. nu. 2. ff. cómod.

SVMMARIVM

Dict. Verò.

1 *Qualitas quando repetita censeatur.*

VErò, est dictio aduersatiua, de qua sub dictione, Auté, quæ præcedentibus aduersatur in iure, & in facto, l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infec. Ias. l. 1. in glos. in ver. Magistratus. nu. 53. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. Grat. cons. 2. nu. 33. in 1. quádo id, cui adijcitur, diuersam rationem habet, Rui. 64. in 2. Paris. 43. & 53. nu. 30. in 2. Rol. cons. 71. nu. 14. li. 2.

1 Idemq; importat, quod dictio Sed, eiusq; virtute qualitas repetita censetur, Soci. Iun. cons. 73. nu. 10. li. 1. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. instruc. Bertr. cons. 11. nu. 11. li. 1.

Licet tamen dictio Verò, sit aduersatiua: nihilominus est coniunctio, vndè repetit superiora, d. §. Caio. Alex. l. filius à patre. ff. de lib. & posth. & ijs, quæ sunt eiusdem generis, aduersari debet, Cy. auth. sacraméta pub. C. si aduer. véd. Natt. cons. 570. nu. 9. li. 3.

Et quando aduersatiua posita est sine copula, affert diuersitatem in iure, & in facto, l. qui vsumfructum. ff. de vsuf. Alex. l. eius. nu. 12. ff. si cer. pet.

¶ Vicissim, eiusdem est significationis, quæ est dictio Inuicé, de qua supra loco suo, c. 1. de inut. petit. l. fideicommisso. C. de trásac. Plot. cons. 86. nu. 13.

Et inducit substitutionem reciprocá, l. in testamento. §. hęc verba. ff. de hæred. instit. Menoch. cons. 95. in prin li. 1.

Et dicit Abb. post glos. in c. 1. nu. 6. de inut. petit. quòd illud dicitur vicissim fieri, quod fit eodem tempore, ordine tamen successiuo: ità tamen, quòd non concurrat cum temporis momento, ex tex. ibi.

¶ Videlicet, est dictio declaratiua præcedentis orationis, c. transmissam. de eo, qui cognou. consag. vx. suę. c. sacrosancta. de elec. c. ex litteris. de prob. vbi Dec.

Dec. nu. 9. glos. in Clem. causam. in ver. Videlicet. de elec. & in §. Nos autemn. Istitut. de Attil. tut. & in c. 2. de priuil. li. 6. Gemin. cons. 25. vers. & hoc apertè, Ceph. 300. nu. 13. li. 2. Comprobat Menoc. cons. 21. nu. 27. li. 1. dicens. quòd eius natura est pręcedentium declaratiua, & simul restrictiua, Ay. cons. 273. Paris. 17. nu. 38. li. 4.

Stat etiam ipsa dictio Videlicet, restrictiuè, l. in venditione. ff. de cōm. pręd. Bal. l. cùm mulier. ff. sol. mat. Soci. cons. 32. nu. 4. & 41. nu. 30. li. 4. Rui. 47. nu. 13. in 2. Grat. 6. nu. 28. in 1. Soci. Iu. 108. nu. 17. li. 2.

Et quòd stet limitatiuè, tex. in l. Videlicet. ff. de pac. Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundū. ff. de fun. instruc. Aret. l. si fundum. ff. mand. Burs. cons. 13. nu. 37. in 1. de qua fusius in dictione Scilicet.

Et hæc omnia probat Bertr. cons. 57. nu. 2. li. 2.

SVMMARIVM

Dict. Violenter.

1 *Inquisitio, quòd Titius cognouit Bertam per violentiam, an actiuè, vel passiuè intelligatur.*

2 *Verba libelli, & testium capi debent iuxtà id, quod vt plurimū contingit.*

3 *Iudex ex officio, etiam post conclusū in causa, testem vrgere potest ad declarandum eius dictum.*

¶ Violenter, est dictio, quæ actiuè, & passiuè capi potest, sicut cætera nomina verbalia, glos. 2. in l. 2. ff. de duo. re. quò fit, vt Bar. ibi, & in l. si vxor. §. si quis vxori. ff. de adult. in l. filius fam. ff. de testam. & in l. si ità scriptum. ff. de manumiss. test. dixerit,

1 quòd accusatio, vel inquisitio, quòd Titius cognouit Bertam violenter, vel per violentiam, potest capi passiuè, sicut actiuè: & ità etiam testes super hoc sic deponentes: stare enim potest, quòd Titius à Berta vim passus sit.

Et ideò, quòd stante ambiguitate libelli, & probationis, Titius sit absoluendus: quem secutus est Alex. in l. 1. nu. 7. ff. de acqui. pos. & in d. §. si quis vxori. Abb. c. dudum. 2. nu. 37. de elec. Feli. c. auditis. nu. 55. de pręscrip. dicens dictum Bar. vt eius verbis vtar, esse stupendum: quod tamen ait Mattesillano non placuisse, Porc. in §. 1. nu. 6. Institut. de duob. re. relatis hinc inde, dicit stare cū Bar. Vnde Mars. super hoc vnum singulare consarcinauit. nu. 267. incip. Dubia probatio, & cum Bar. etiam post adducta hinc inde, transit Cors. ad repertorium Abb. vers. Dictio Violenter.

Contrarium tamen probauere Ang. in l. 1. C. vi. bon. rapt. Imo. Comen. Aret. d. l. 2. in princ.

2 princ. quia verba libelli, & testium intelligi debent iuxta id, quod, vt in pluribus, non id, quod rarissimè contingit, vt est, quòd vir à muliere violenter ad actum venereum cogatur, Mattesil. notabili 96. & 103. ex communi loquẽdi vsu, iuxtà quem vox Violenter capi solet, l. Labeo. ff. de supellec. leg. l. secundum quem verba capi debent, teste Feli. in procem. decret. referente Mattesil. in specie nostra Bartholũ mordentem, Ias. l. non hoc. nu. 8. C. vnde leg. Dec. in c. in pręsentia. nu. 20. de proba. adducens decisionem hanc Bar. dubium se ostendit, allegando Ange. & Aret. supra, & clarius aduersus Bar. in c. quia B. in princ. de iudi. post And. Sicul. ibi, quem allegat, & tandem probat Mant. in d. c. in pręsentia. nu. 20. Quorum sententiã ego obuijs vlnis amplector: nedum quia sic suadet communis loquendi vsus, vt supra, verùm quia illa dictio, quãtumuis dubia, ex alijs accusationis, inquisitionis, vel testimonij verbis declaratur, in quibus dici solet, quòd accusatus, vel inquisitus scienter, dolose, animoq; illud stuprum, vel delictum perpetrandi, & c. & à testibus, quòd viderunt Titium Bertam amplectentem, in terram prostrantem, vel super eam existentem, & similia: ex quibus clare liquere potest, an dictio Violéter, actiuè, vel passiuè sit accipienda; nec teneretur accusans, vel fiscus communem loquendi vsum probare:
3 præter id, quod posset Iudex ex officio etiam post conclusionem in causa testes cogere ad declarandum, in quo sensu dictam vocem dixerint, vt probauere Ang. Aret. & alij supra. De qua dictione Alci. li. 7. parer. c. 15.

¶ Vix ponitur affirmatiuè, seu permissiuè, l. vix. ff. de iud. vt apud Ouid.

Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Et aliquando negatiua, l. tutor. ff. ad sena. cons. vellei. l. si is. ff. de ser. export.

Et illud dicitur vix fieri, quod fieri potest, licet cum difficultate, c. per cathechismum. de cognat. spirit. li. 6. c. contracto. vbi Abb. nu. 3. ex eo tit.

Et est dictio diminutiua, l. impuberẽ. ff. de fal. l. si plures. ff. de vulg. & pup. Bal. l. fi. C. de edic. di. Adr. toll.

Et quandoq; interpretatur pro nullo modo, Bar. l. si iura. ff. de leg. 3.

SVMMARIVM
Dict. Vltra.

1 *Legans vinum, an etiam dolia legasse credatur.*
2 *Legans centum vltra dotem, quo tit. legasse*

R

legasse intelligatur.

3 *Testes deponentes, quòd res valebat centum, & vltra, quæ vendita fuit quinquaginta tantum; an in remedio l. 2. C. de rescind. vendit. satis probent.*

4 *Testis dictum, quòd vidit numerari decē, & vltra, quomodo capi potest.*

5 *Testi deponēti per verbum Credo, datur fides, si congruam credulitatis causam adducat.*

¶ VLtra, est dictio inclusiua, Bar. l. cùm ità. ff. de do. præleg. q. fi. & in l. si vltra. C.
1 de fideicom. in ea. q. An legans vinum, dolia quoq; legasse credatur, Bero. cons. 116. nu. 15. li. 2. Et includit, & repetit expressa, Ceph. cons. 157. nu. 14. cum seqq. li. 2.

2 Vbi si testator legat centum vltra dotem, etiam in dote legati titulus inesse censetur, Bar. l. cùm ità. in fi. ff. de do. pręleg. Et è conuerso, si quis donat fundum, & vltrà fundum etiam centum, subintelligitur etiam verbum Dono, Fulg. cons. 40. Comen. 112. Dec. 190. nu. 70.

Et eius natura est implicare, siue excludere, l. cùm vltrà. C. de non numer. pec. l. si vltra. C. de fideiuss. decis. Pedemon. 51. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. glos. 11. nu. 66. allegans But. Bal. & Ang. d. l. si vltra. probat Soci. Iu. cons. 69. nu. 42. li. 4.

Bal. in c. literæ. nu. 5. de dilat. quærit, an hæc dictio operetur aliquid vltra expressum, si aliud non exprimatur, & cōcludit, quòd si ponitur in dispositione, vel libello, aliquid operatur, l. cum filius. §. pater. de leg. 2. Aut in probatione, & nihil operatur: quia non supponit determinato modo pro aliquo pluri, l. cùm furti. ff. de in lit. iur.

3 Vnde idem Bal. in c. cùm causam. 2. de test. nu. 2. cùm domus vēdita fuisset quinquaginta aureis, & testes deposuissent, quòd valebat centum, & vltra, dicebat, eorum testimonia nihil operari propter incertitudinem: quia incertum, & nihil conuertuntur, l. ità fidei. ff. de iu. fis. de quo dixi supra sub dictione Plus, & fusius à Rol. cōs. 57. nu. 27. & 35. li. 2.

Videtur tamen, quòd hæc dictio ad modicum tempus referatur, l. hæc adiectio. ff. de verb. signif. Abb. c. literæ. nu. 10. de dilat. Quod verum, quādo à lege profertur: quia tunc iudicis arbitrio remittitur declaratio: sed ab homine nihil operatur, Pa. à Cas. cons. 18. nu. 5. li. 1. vbi multa de eiusmodi dictione, & melius in cons. 26. eo vol. nu. 5. de teste dicente, me possedisse nouem annis cum dimidio, & vltra, dū articulaui me posedisse decēnio: quia dubia probatio non rele-

releuat probantem.

4 Item hoc verum, quando certa quantitas limitatur, vel numeratur: quia tunc excluditur maius, secus minus, puta si testis dicat, Vidi numerari decē, & vltra: quia cùm summa 10. sit parua, dictio Et vltra non potest intelligi de quantitate maiore decem: sed minore prout si deposuisset de cētū, Card. Clem. 2. de magistr.

Aduertendum tamen, quòd licet dicta dictio à teste prolata, non operetur, l. cum furti, ff. de in lit. iur. Alex. cons. 29. li. 7. aliud tamen, si à teste probabilis ratio eius dicti redderetur, Io. An. c. pręsentium, de test. in 6. Rol. cons. 57. nu. 27. in 1. sicut creditur testi dicenti Sic credere, si credulitatis

5 causa, & origo adijciatur, Bal. l. siue possidetis. C. de probat. Et testi de ipsius iudicio deponenti, si commoda ratio adijciatur, Alex. cons. 74. li. 1.

¶ Vltro, citroq; sunt dictiones oppositæ, l. si quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de eden. Cic. in oratione pro Sext: Roscio, Postea homines cursare. vltro, citroq; non destiterunt. Et li. 6. de rep. in somnio Scipionis, Multisq; verbis vltro, citroq; habitis consumptus est dies, de quibus etiam Tiraquell. de retrac. lignag. §. 1. glos. 11. nu. 66.

¶ Vnà, denotat simul, & coniungit æqualiter, §. nos autem, Institut. de Attil. tut. Bal. l. fi. C. de impub. & alijs subst. Grat. cons. 9. nu. 103. li. 1.

Et appellatur aduerbium cōgregandi, d. l. fi. denotat enim cū dictione Cum, coniunctionem, Paris. cons. 111. nu. 17. li. 1. dixi sub dictione Simul.

¶ Vnànimiter, idest nemine discrepante, c. bonæ mem. 1. vbi Abb. nu. 2. de postul. prælat. vbi Add. Ang. l. maiorem. ff. de pac. & idem de dictione Cōcorditer, de qua pleno cornu Add. ad Abb. d. c. bonæ memoriæ. & dixi in d. dictione Concorditer. Abb. c. cum Ecclesia. de cau. pos. & propriet. suadet etymologia Vnanimiter .i. quasi vnius animi, Abb. c. licet. nu. 1. de offi. deleg.

¶ Vnde, significat causam intrinsecam, & exponitur, idest Ex qua: & est etiam aduerbium loci, Pau. à Cas. cons. 321. in prin. li. 1.

¶ Vndiq;, significat plenam facultatem, c. licet. de off. deleg. vt docet Paris. cons. 111. li. 1.

SVMMARIVM
Dict. Vsq;.

1 *Statutum vocans masculos, vsq; ad quartum gradum, an inclusiuè vel exclusiuè capiatur.*

2 *Emphyteusis pro se, filijs, & nepotibus vsq; in tertiam eius generationem, quomodo intelligatur.*

3 *Promissio de non offendendo pro se, filijs, & nepotibus vsq; in tertium gradum quomodo accipienda.*

4 *Venditio fundi vsq; ad domum an inclusiuè, vel exclusiuè capienda sit.*

5 *Curator si datus quis sit vsq; ad ætatem 25. ann. an requiratur, quòd annus sit completus.*

¶ VSq;, dictio est quandoq; inclusiua, l. fi. ff. de senat. Bar. l. patronus. §. Sempronio. de leg. 3. Ang. de Gambil. cons. 120. nu 6. quandoq; exclusiua, l. filius fam. §. 1. ff. de leg. 1. pro cuius declaratione probari solet distinctio Cy. in l. à caligato. C. de nup. quam collaudant Bal. & Sali. ibi. & Bar. l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 1. qui multis distinctionibus, & subdistinctionibus nos inuoluit, Breuior videtur ea, quam ponit Cy. quòd aut ea vox à lege profertur, & tunc, si exclusio est iuri communi contraria, includit: si ab homine, & exclusio continet odium, & inclusio fauorem, & tunc, si de fauore agitur, includat: si de odio, excludat, nisi aliter de disponentis mente appareat: quod etiam probare videtur Bal. auth. hoc amplius. nu. 24. C. de fideicom. Abb. c. 1. nu. 4. de ordin. ab Epis. nu. 5. vbi Add. Soci. Iu.
1 cons. 6. nu. 28. in 2. in statuto vocante ad hereditatem matris masculos vsq; ad quartum gradum, vt ea dictio exclusiuè capiatur: allegat Corn. cons. 276. col. 3. li. 4. Quod & in simili statuto confirmat Bero. cons. 148. nu. 44. li. 2.

Quandoq; tamē ea dictio stat inclusiuè, putà, quādo ponitur ad terminationē temporum, vel graduum, l. diuo Marco. C. de quæst. Bar. d. l. patronus. §. 1. Dec. cons. 624. Gozad. 25. nu. 17. Rui. 166. in 1. 101. in 2. Bert. cons. 109. nu. 19. li. 1. in emphyteusi cōcessa pro se, filijs,
2 & nepotibus vsq; in tertiā eius generationem finitā, nempè vt prima generatio in filijs numeretur, non à patre, qui se ipsum generare non potest, Bal. cons. 375. in 4. Alex. cons. 125. nu. 5. in 5. Ias. l. 2. nu. 203. C. de iu. emph. & hoc transit absq; cōtrouersia, nisi fortè obstaret Ecclesię cōsuetudo, Alex. d. cōs. 110. prout Vrbini respondit Gabriel Eugubinus cōs. 90. in 1. quia interpretatio consuetudinis nō est mutāda, l. minime. ff. de leg. & sic ꝙ in pronepote compleatur: sed hoc facilè credi potest: quia ibi de fauore inuestitorum tractabatur, subceratq; verbū Finitam, quę tertia generatio finiri nō poterat, nisi comprehenderetur. Sed an idem sit, si emphyteusis simpliciter concederetur absq; verbo Finitā, & dictione Eius, & quia de fauore recipiētis agebat, vt dixi supra, affirmatiuè respōdit Bal.

Bal. ſupra, & conſ. 448. in 3. & Pau. à Caſ. cõſ. 338. in 2. refellens differentiã Bar. de dictione Eius à Bal. relatã, & probatã in auth. quas actiones. C. de ſa. ſan. Eccleſ. Card. Zab. Anch. Clem. 1. §. 1. de pœn. Ang. in auth. de reſtitut. fideicom. nu. 4. Alex. conſ. 125. li. 5. & moder. Pariſień. ad eum, Clar. li. 4. ſenten. §. emphyteuſis. q. 34. hinc inde relatis, ait, dictam diſtinctionẽ Bartholi, ſibi nũquã placuiſſe, dicens, ferè opin. cõtrà Bar. eſſe magis communẽ, nempè, quòd inter generationes expreſſas in conceſsione emphyteuſis nũquam recipiẽtis perſona cõputetur, quocũq; modo inueſtituræ verba concepta ſint, Bello. conſ. 80. relatis quàmpluribus in diuersã ſententiam tendentibus, & pręſertim Bal. in l. 2. col. 2. C. de iu. emph. in auth. defuncto. C. ad Tertul. & in add. ad Spec ti. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 155. & Corn. conſ. 219. in 2. & 233. li. 4. Tandem concludit, quòd in emphyteuſi facta in tertiã generationem computatur prima perſona, quòad acquiſitionem; ſed nõ quòad enumerationem generationis, vel graduũ, allegat Alex. d. conſ. 225. in 5. Cald. ti. de loc. conſ. 9. tenet, ꝙ conceſsio vſq; in tertiã generationem etiã, ꝙ nõ dicatur Finitã, pro nepotes quoq; cõprehendat, & ꝙ dictio Vſq; incluſiuè accipiatur: quod cõſ. à Bal. & Ang. ſubſcriptum conſtat.

Ego in ſimplici cõceſsione facta Titio vſq; in tertiã perſonã emphyteuticarium recipiẽtem adnumerandũ puto, quod vtiq; prędicti omnes fateri videtur, & cũ eis Rui. cõſ. 101. in fi. li. 2.

Si verò dicatur vſq; in tertiã generationẽ ſimpliciter, vel Titio ꝓ ſe, filijs, & nepotib. vſq; in tertiã generationem, etiã ꝓ nepotes comprehenderẽ eadẽ ratione: quia nemo ſe ipsũ generat, id quod etiã Calderino, & Claro ſupra placuiſſe videt.

Sicut ſi conceſsio facta ſit pro Titio, filijs, & nepotib. vſq; in eius tertiã generationem, quo caſu omnes pro pronepote cõcordãt, niſi tamen ſuperaddita ſit taxatiua Tantùm, etiã quòd ſequantur verba Vſq; in tertiã generationem, vt etiã fatentur Moder. Pariſień. ſupra.

Sed quid in ſtipulatione ad inuicẽ facta de nõ offendẽdo ꝓ ſe, filijs, & nepotibus vſq; in tertiũ gradum, an incluſiuè, vel excluſiuè vox Vſq; capiẽda ſit: putarim ex regula Cy. in
3 d. l. à caligato. & Bar. in d. l. patronus. §. Sẽpronio. ex alijs, quæ ſuperius deduxi, & quia de pœna tractatur, eã dictionẽ excluſiuè accipiendã, niſi tamen in ſtipulatione dictũ proponatur id, ꝙ in dictione Vrbinẽſi, & eccleſiaſtica dici ſolet, videlicet vſq; in tertium gradũ iure cano-

canonico, vel ciuili computãdũ: eo .n. casu, si tertius gradus computandus est, necessariò inclusiuè capiendus est.

4 Quid autẽ, si in venditione dictũ sit, Vendo fundum vsq; ad domũ, an dictio Vsq; inclusiuè, vel exclusiuè accipienda sit: perpendenda est pretij quantitas, ex qua verisimile orietur, num etiam domus in venditione cõtineatur, d. l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3. glos. Bar. in l. semper in stipul. ff. de reg. iu. Alex. hac in specie cõs. 26. li. 3. & 47. in 5. Aret. 6. Soci. l. vtrũ. §. si quęsitum. ff. de reb. dub. & sic ex pretij quantitate discernetur, an contrahentium mens fuerit, vt dictio Vsq;, inclusiuè, vel exclusiuè caperẽt. Et hoc, dummodo domus sit de pertinẽtijs fũdi: secus si à Domino pro separata habebatur, Moder. Parisiensis. Add. cons. 47. Ferret. cons. 148. Natt. cons. 3. Menoch. de pręsump. li. 3. pręsump. 91.

5 Et quid si ea dictio tẽpori adiecta sit, quia dictũ sit vsq; ad Kalẽdas, vel cùm datus quis est curator vsq; ad ætatem viginti quinq; annorũ: & tunc capi debet inclusiuè, Bar. d. l. patronus. Alex. cons. 114. in 5. quãdo dicitur tempus non currere vsq; ad diem signaturæ, Corn. 223. li. 1. & hoc tũ virtute dictionis Vsq;, tum quia nõ potest aliquis annus dici in rerũ natura, nisi sit completus, & perfectus: siuè tempus ætati adijciatur per genitiuum; siuè per accusatiuũ, vt in specie hac, respondere Corn. cons. 213. li. 1. & Natt. 461. in 2.

Cætera ad hanc dictionẽ spectãtia exquirẽda sũt à Menoch. li. 1. de arb. iud. q. 80. nu. 92,

¶ Vt, capitur modificatiuè, & exemplificatiuè: modificatiuè, arg. l. quibus diebus. §. Termimilius. vbi Bar. ff. de cond. & demõ. exẽplificatiuè, vt in l. fi. §. dulcia. ff. de vi. trit. & oleo leg. Soci. l. cùm auus. nu. 4 de cond. & demon.

Imò stare potest etiã limitatiuè, & restrictiuè, Grat. cons. 54. nu. 13. li. 1. Soci. Iu. 48. nu. 25. in 4.

Et similitudinem designat, ac si dictũ fuisset, Sicut, Bar. l. fi. ff. quod cer. loco.

Et per eã dictionẽ denotatur omnimoda similitudo, Soci. Sen. cõs. 252. in 2. Etiã in substantia, & qualitate, Soci. Iu. cons. 107. nu. 15. li. 2.

Et licet designet modũ, vt supra: tamen, quãdo adsunt alia verba conditionẽ arguentia, secus est, vt declarat Grat. cons. 102. li. 2. nu. 30. & ante ipsum Castren. l. à testatore. nu. 4. ff. de cond. & demon.

Verum est tamen, quòd, quãdo vt propriè capitur, verba ea conditione Vt, modũ significãt, Bar. d. l. Termilius. Bal. cũ

res,

res. C. de donat. Grat. supra, Alex.l. qui absenti.§.si quis.nu. 2. ff. de acqui. pos. post Flor. in l. arbitrorum. nu. 33. ff. pro soc. per tex. ibi.

Non omitto, quòd etiam in vim causæ ponitur, Clem. 2.vbi Card. de æta. & qualit. Aemyl. cons.98. nu. 111. & quandoq; importat necessitatē, Rub. Vt quę desunt aduoc. Flor. in l. si irruptione. §. ędificium. ff. fin. regun. nu. 17.

¶ Vti,dictio est relatiua ad aliud, non autem ex se dispositiua, l. 1. ff. vti possi. Alci.l. si cùm fūdum. ff. de verb. sig.

¶ Vtpotè, est dictio improprietiua, & similitudinaria, c. prout. vbi glos. in verb. Vtpotè,& ibi Abb. nu. 16. de dolo,& cōtùm. & hoc regulariter.

Quandoq; tamen veritatē denotat,vt alię similes, Videlicet, Quasi pręsertim, & similes, de quibus in locis suis.

¶ Vt supra,est dictio relatiua, & repetitiua pręcedētiū qualitatum,l. fi. cū glos.C.qui potior. in pig. hab. Bar. l.1. §. hoc edicto. ff. de postul. Aret. cōs.155. Ay. 88. nu. 3. & 208. Dec.227. 377. Rui. 18. nu. 12. 183. li. 2. 32. in 5. Paris. 19. nu. 68. li. 2. & 61. nu. 7. li. 3. Soci. Iu. cōs. 170.nu.33.part.2. & hoc maximè, qn̄ agit,vt actus sustineat, Ceph. cons. 125. in princ. li. 1. 269. nu. 40. in 2.639. nu. 4. li. 5. Menoch. 124. nu. 60. li. 2.

¶ Vt infra, vide in dict. Infrà.

¶ Vter,est dictio distributiua,nisi aliud suadeat subiecta materia, Io. Bologne. in l. hęredes mei. §. cùm ità. nu. 86. ff. ad trebel.

SVMMARIVM Dict. Vterq;.

1 *Legans decē vtriq; filiorū Sēpronij, intelligitur legasse vnicuiq; eorū decē.*

2 *Iudex, si habere debeat pro sententia duodecim libras ab vtraq; parte; potest consequi ab vtraq; duodecim.*

¶ VTerq;, est distributiua cōiuncti iuxtà propriam significationem: & ideò requirit concursum vtriusq; copulati,l. pē.C. de impuber. & alijs.Bar. l. hoc articulo. ff. de hęred. instit. Rol. cons. 84. nu. 5. in 4. Alci. cons. 109.nu. 5. li. 9. & d. §. cùm ità. in princ. vbi cōd. Si vterq; decesserit, accipitur, ac si dictum fuisset, si aliter decesserit: & ibi de ratione, quare naturæ verbi vis fiat.

Et quandoq; verificatur etiā in altero,d. §. cùm ità. vbi Bar. Alci. cons. 44. nu. 21. eo lib.

Io. Bolognet. d. §. cùm ità. nu.84. dicit,eiusmodi dictionē esse collectiuam, & plurium concursum requirere.

Et quādoq; continuatiuè ponitur,l. si is,qui ducēta.§. vtrū. ff. de reb. dub. l. fi. ff.de iu. fis.

Et est disiunctiua inter duos, sicut dictio, Quilibet inter plures:

res: & quandoq; coniungit per copulam, & potest tribui vtriq;
1 insolidum, vt si lego decem vtriq; filiorũ Sempronij, vt vnicuiq; decẽ debeant, Fulg. l. cũ
2 non solũ. §. vbi autem: nu. 10. & 11. vbi dicit obtinuisse Placẽtię: vbi extat statutũ, ꝙ quãdo causa excedit mille libras, Iudex debet habere 12. libras ab vtraq; parte, vt habuerit à qualibet duodecim, & sic viginti quatuor libras.

¶ Vtiq;, triplici modo accipitur, primo, pro Certè; glos. in l. vtiq;: ff. de rei vindic. Secundò pro Ità demum, l. diuortio, §. fi. ff. de neg. gest. Tertiò pro Tantùm, l. non vtiq; vbi glos. ff. ad municip. ità declarat Cur. Iu. in l. quod te. nu. 35. ff, si cer. pet.

Τέλος.

Iosephus Ferrerius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Colossen. & Coadiutor Vrbinàs.

Tractatum Octaniani Vulpelli Iurisconsulti à Sancto Angelo in Vado, De præpositionum, Aduerbiorum, & Coniunctionum significatione, videndũ à reuisoribus, à nobis deputatis, curauimus; qui, cum nihil in eo alienum à fide, sed cuncta bonis moribus consentanea inuenerint, vt formis excudatur licentiam concessimus. Datum Vrbini ex Palatio Archiepiscopali die vltima Iunij. 1594.

Ludouicus Agnellinus Cancellarius.

OCTAVIANI VVLPELLI A SANCTO ANGELO METAVRENSE

DE LIBERTATE ECCLESIASTICA

LIBELLVS,

MVM

AD ILLVSTRISSIMVM, AC REVEREN. D. D. IOSEPHVM FERRERIVM ARCHIEPIscopum Colossen̄. & Coadiutorem in Archiepiscopatu Vrbini.

x Ferrer ? catalán
Ferri ? italiano

VRBINI Apud Bartholomæum, & Simonem Ragusios fratres.
M. D. LXXXXV.
EX SVPERIORVM PERMISSV.

OCTAVIANI
VVLPELLI
A SANCTO ANGELO
METAVRENSE
DE LIBERTATE ECCLESIASTICA
LIBELLVS.

AD ILLVSTRISSIMVM, AC REVEREN. D.
D. IOSEPHVM FERRERIVM ARCHIEPI-
scopum Colossen. & Coadiutorem in
Archiepiscopatu Vrbini.

VRBINI Apud Bartholomaeum, & Simonem Ragusios fratres.
M. D. LXXXV.
DE SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO D.

D. IOSEPHO FERRERIO ARCHIEPISCOPO Colossen̄. & Coadiutori in Archiepiscopatu Vrbinaten̄. D. suo Colendissimo.

VM Libellum De Libertate ecclesiastica meis formis exprimere, necnon in lucem dare animus esset, ideoq; diù de patrono, ac defensore cogitassem, cuius tutelę, & me, & ipsum committere possem; nemo mihi Amplissime Pręsul te vno dignior, aut aptior se obtulit; dignior non inquam solum ob tot tantaq; naturę, & fortunę bona, quibus cumulatè abundas, sed potius ob maximas pręclarissimasq; animi tui virtutes, quibus homines allecti, nedum ad tui amorem, ac obseruantiam mouentur, sed penè dixerim coguntur; aptior postea ob autoritatem, quam non solum modò retines, at in dies magis atq; magis adepturus es; quapropter, meo iudicio, nemini Librum de Libertate ecclesiastica disserentem dedicare par fuit, quàm tibi Ecclesiæ meritissimo, ac primario Antistiti; Reliquum est, vt te orem, ne voluminis paruitas tuam gratiam remoretur, aut minuat, quia mole quidem est paruus, sed quoad ea, quæ continet, grandiora volumina superat; nanq; si materiam spectes, inuenies grauem, si ordinem, aptis, & accõmodatis locis videbis omnia bene

diſpoſita: ſi locutionem, non barbaram, nec ſpinoſam, vt eam, qua Iuriſperitorum vulgus vtitur, reperies: ſed verè latinam, puram, luminibuſq; ingenij vndequaq; refertam, & talem, vt vno verbo dicam, in qua lector etiam moroſus nil amplius deſiderare poſſit: talia enim ſunt omnia huius Auctoris opera. Accipe igitur hilari vultu hoc meæ in te obſeruantiæ pignus, qualecunq; ſit, animo reputans tuo, quòd qui dat, quod habet, omnia dat, meq; in eorum numero repone, qui te ſummopere colunt, obſeruant, & venerantur. Vale. Datum Vrbini die 29. Iulij 1595.

Illuſtriſs.mæ ac Reuerendiſs.mæ D. Tuæ.

Seruus deditiſſimus

Bartholomæus Raguſius impreſſor Vrbinàs.

OCTAVIANI VVLPELLI IVRECONSVLTI A SANCTO ANGELO METAVRENSE

LIBELLVS

De Libertate ecclesiastica.

AD LECTOREM.

N tibi, candide Lector, lucubrationes, quas de Libertate ecclesiastica superioribus mensibus, dum Serenissimus Franciscus Maria Feretrius, Vrbini Dux VI. in Oppido Durantis moram traheret; successiuis horis extra Auditorium, & bibliothecam meam edidi: quas Serenissimo Domino meo, vt aliàs, dicare non sum ausus; tum quia id munusculum tanto Principe dignum non cognoui; tum quia Zoilorum obtrectationes, & Sycophantæ morsus pilifacio, paratus æquè, boniq; consulere, quicquid aduersus scripta mea sanioris iudicij viri dixerint: ita vt sub clypeo auctoritatis Serenitatis Suæ, vel ad vmbram Feretriæ Quercus, tanquàm ad sacram anchoram, modò confugere non sit necessum. Vale igitur: & siquid ex eis vtilitatis perce-

peris, id totum Deo tribuas: cùm omnis idoneitas nostra ex Deo sit (vt Paulus ait) errores autem omnes (si qui sint) mihi adscribas: doctiorum etenim correctioni, & præsertim Sanctæ Matris Ecclesiæ me, ac lucubrationes meas lubentissimè subijcio.

Datum Pisauri 15. Decembris. M. D. LXXXVIII.

Liber eo, inuidiam ridens: me templa tuentur,
Sacra, Sacerdotes, queis data iura fero.

Christophori Curiatij Burgensis in libellum De Libertate ecclesiastica D. Octauiani Vulpelli I. V. D. ad Lectorem Octasticum.

Doctrina eximium Vulpellum, nomine clarum,
Cuiq; patet docti, quod cecinere sophi.
Vicenos quàmuis quater impleuisse decembres
Noscas, & studio seruit amica manus.
Libertas sacra vt sit defendenda, relinquit,
Doctrina varia percipienda tibi:
Palladis hic artes, hic annos Nestoris egit,
Gratus erit fama, gratus & ingenio.

SVMMAE RERVM PRIMAE PARTIS.

PARS PRIMA.

1 Ccclesiastica libertas inuiolatè, & ad vnguem seruanda est, vt etiam Federicus 2. imperatoria corona ab Honorio insignitus, præcepit in Auth. Cassa, & irrita. C. de sa. san. Eccles.
2 mille Marcharum auri mulcta, infamiæ, & iurisdictionis priuationis pęna, vt ex auctographo imperatoris videre est, & in constitutione propè fi. coll. 10. Quod postmodum iure pontificio ad excommunicationis nexum extensum est, c. Nouerint. de senten. excommun. Idq; singulis annis à Rom. Pontifice proclamatur, vt ex Bulla In cœna Domini fusius constat.

Sed operæpretium est scire, quid sit ecclesiastica libertas.

Quando, & ex quibus lædi dicatur: ne quis sacrorũ canonũ censuris, & excommunicationis laqueo temerè innodari contingat.

3 In vniuersum igitur dici solet, Ecclesiæ libertatem esse immunitatem, seu priuilegium, quo fruitur Ecclesia, glos. c. Cum deuotissimam. 12. Q. 2. seu securitatem Ecclesiæ, & consequentur eius sacerdotum, vt ait Archid. ibi, & Hosti. in summa: vel teste Aegid. Bellem. super glos. nu. 5. est immunitas, vel securitas Ecclesiæ, quasi extra munera secularia, vel exactiones, ac vexationes, quibus priuatæ personæ fatigari solent.

4 Quæ tũc lædi dicitur, cũ statuta eduntur, quibus quicquam fit aduersus priuilegia iure diuino Ecclesijs concessa, vel à Pontificibus, Impp.ue indulta, vel cum quid ecclesiasticis prohibetur, quod diuino, vel humano iure vetitum non reperitur, prout Innoc. Abb. Io. ab Imo. & cæteri communi calculo sensere, d. c. Nouerint. quod & probat Sum: Tabie. excom. casu 20. nu. 1. Idemq. visum est, si priuilegia non speciali, sed communi iure competant, & ab ecclesijs, & Ecclesiasticis personis auferantur, c. Quæ in Ecclesiarum. vbi Bal. de constit. Sali. Fulg. Alci. d. Auth. Cassa. Signor. cons. 21. Curt. sen. 27. Natt. cons. 280. lib. 2. & Thom. Doccius cons. 6.

5 Hinc est, quòd statuere, vt Ecclesiæ, vel ecclesiasticis personis eleemosynæ, vel decimæ non dentur, sit aduersus ecclesiasticam liber-

libertatem, c. Reuertimi. 6. Q. 1. c. Decimas. 17. Q. 7. Sum. Tabie. d. casu 20. Nauar. in Enchirid. de excomm. nulli reseruata. c. 27. hoc enim est contra priuilegium vniuersalis Ecclesiæ ab Impp. concessum, vt quilibet ecclesiæ, & ecclesiasticis personis elargiri possit, l. 1. l. illud. l. fin. C. de sa. san. Eccles.

6 Sicut statuere, quòd occidens clericum pecuniaria pœna puniatur, cùm Quiritum iure homicida vltimo supplicio damnetur. Thom. d. cons. in princ. Summa Tab. supra.

7 Vel si prohiberentur laici cum clericis contrahere, c. fi. de immun. eccles. li. 6. Bart. Sali. d. Auth. Cassa.

8 Hinc quæri solet, an valeat statutum laicorum, quo funebris pompa imminuatur, clericorum, vel cęreorum numerus restringatur, & quòd consanguinei lugubribus vestibus non induantur, & similia: & licet pleriq; controuertant; ea certior videtur sententia, quòd laicis statuere permittitur: ne in funeribus immoderati sumptus in cæra, & in reliquis, quæ ad pompam pertinent; fiant,

9 neue in primis missis, quas Nouellas vocant, extra modum offeratur, interpretando c. fi. de reb. Eccle. non alien. de ijs, quæ diriguntur ad Eccles. vel quæ ad diuinum cultum pertinent: quia eiusmodi pompæ magis sunt, vt aiunt, viuorum solatia, quàm mortuorum suffragia, vt habetur in August. lib. De cura pro mortuis. c. 2. & 18. vtque post diuum Thomam 4. distinct. 45. Q. 2. & Gaiet. casu 31. probauere Abb. d. c. fi. ex illo tex. De reb. Eccle. non alien. & cons. 26. lib. 1. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. nu. 6. distinguendo, vt supra. Felin. nu. 122. Dec. 63. de constit. Tabie. d. casu 20. licet dubia videatur. & nouissimè Nauar. supra dubitationibus Tabi. respondens, & præsertim quòd quàmuis ex hoc Eccles. & ecclesiastici minus lucrentur: tamen eiusmodi factũ suaptè natura nõ eo refertur, sed per accidens, quod non consideratur, arg. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat.

10 In ciuitate Constantinopolitana olim funerum sumptus Ecclesia faciebat: cui ob id oneris Costantin. & Anastas. Impp. mille, & centum officinas donauerunt, vt ex eorum reditu funerum sumptus faceret, & feretra suppeditaret; Vespillonibus, & lecticarijs mercedes solueret; ijs nempe, qui mortuos efferunt, & sepeliũt, vt habetur in Nouel. 43. de offi. Eccles. Constantinop. & 59. vbi Iacob. Cuiacius. De sumpt. fun.

11 An autem aduersus eccles. liber. fecisse dicatur testator, qui eulogio cauit, eius corpus cum sonis, & alacritate tumulari: quod Thraces obseruant.

12 Qui vitæ ęrumnas deflent, & funera plaudunt.

Idemq. Emnium poetam fecisse tradunt: sitq; eiusmodi dispositio seruanda: et cum naturali ecclesiæ facultati circa res, vel personas nil detrahatur, libertas lædi non videtur, ex his, quæ congerit Minadous in repet. constitut. Regni incip. In aliquibus. nu. 13. cum seqq. Quod & fecisse refert Alci. in l. nemo potest. ver. Nec leges. ff. de leg. 3. Michaelem Termum ciuem Mediolanēsem, qui aureum vnicuiq; legauit, à quo elegāti epigrammate laudatus, vel vituperatus fuisset: & post hinc inde congesta pro dispositionis validitate sensisse videtur.

Dum Placentiæ Gubernatoris munus gererem, coram me quæstionis fuit, an subsisteret dispositio à Comite Alberto Rubro facta, qua cauit, singulis annis sericeum brauium scutorum quinquaginta velociori cursu valenti tradi, & ex ijs valere respondi. Memini Suasæ olim ciuitatis mediterraneæ Senonum, nunc sub ditione Illustrissimi Marchionis à Robore Ducatus Vrbini, quàmplures marmoreas inscriptiones reperijsse: & præsertim cuiusdam Iulij Tertij, qui singulis annis die mortis eius prandium vniuerso populo exhiberi mandauit: ea enim legata, quæ nil turpidinis continent, aut aduersus pietatem, & christiana dogmata non tendunt, dubio procul valere arbitror.

13 In principali tamen quæstione nostra, quàmuis tutò dici posit, ecclesiasticæ libertati nullum fieri præiudicium; testatoris voluntatem, ceù, contra bonos mores, & christianam consuetudinem seruandam non putarim.

14 Aduersus eandem libertatem quoq; laici ire videntur, qui in eorum iurisdictionem clericos trahere audent, c. Nullus iudicum. c. sacerdotibus. 11. q. 1. sicut nec testator clerico hæredi mandare potest, vt laicali iurisdictioni se submittere debeat, Rip. Bolognet. d. l. Nemo potest. nu. 66. Sum. Tabie. d. casu 20. in princ. Alciat. d. Auth. Cassa. ver. Libertates.

15 Qui, etiam volentes, & de consensu Episcopi laicorum iudicio se submittere non possunt, c. fi. de fo. compet. Bal. l. 1. C. de indicta viduit. tollen. Hosti. in sum de iudi. §. quæ sit materia.

16 Quod nec quidem Papa mandare posse, auderūt aliqui, vt Gramm decis. 61. nu. 10. quibus me minime subscribo, cum Papa ciuiles, criminales, & spirituales causas laico delegare posit, et etiam Episcopus, spiritualibus exceptis, quando clerici idonei non reperiuntur ex ijs, quæ docent Henri. Boic. in c. At si clerici. de iudi. Card. Zab. in repet. c. Perpendimus. de senten. excomm.

comm. & pleno cornu Aufrer. Clem. 1. col. 46. de offi. ordin. in repet. Bero. in c. dilecti filij. nu. 36. de arbit. etiam cum facultate excommunicandi, Dec. c. 2. nu. 10. de iud. Rol. conſ. 23. nu. 18. li. 1.

17 Nec mirum, quia etiam clerici quandoq; ex cauſa, & euentu poſſunt ſecularibus negotijs ſe immiſcere, vt ex. Io. à Turri Cremata in c. ſi quidem. 11. q. 1. & ad vnam cauſam tantùm fieri delegati Principis ſecularis, Abb. c. ſed nec. & c. clericis. Ne cler. vel mon. eiuſq; Conſiliarij, dummodo in caſu, vbi pœna ſanguinis

18 infligitur, non conſulant, Abb. ſupra. nu. 9. & fuſius Alex. Raudenſis trac. de Anologis. c. 39. nu. 40. doctor etiam, atq; etiam laudandus.

Sicut erat olim à conſilijs Sereniſsimi Ducis Vrbini Camillus Perutius: qui tot annis fuit à ſecretis Illuſtriſsimorum Card. Vrbini, & Eſtenſis: cuius prudentiæ, & integritati Dux plurimum confidebat.

19 Illud præterire non poſſum, quòd clericus, iudicis ſecularis forum non declinans, tanquàm canonis tranſgreſſor venit iudicis arbitrio puniendus, Bal. d. l. 1. C. de indict. viduitate toll. propè fi. Aufrer. d. clem. 1. 3. quæſtio. col. 41.

20 Sicut & actor in ſeculare iudicium Clericum trahens à iure ſuo cadit, Auth. Statuimus. C. de epiſ. & Cler. Bar. l. ex quacunq;. 2. lect. nu. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. quod fuſius habetur in Nouel. Frider. Imp. de ſtatut. contra liber. eccleſiæ. §. item ſtatuimus. coll. 10. conſtit. fi. etiam ſi ipſe quoq; ſit clericus: & dabitur conuento, Rol. conſ. 24. nu. 14. li. 1.

21 Nec durum videatur, quia habenda eſt ratio dignitatis eorum, quibus dictum eſt, Vos Dij eſtis. Exo. 22. & illud, quod vulgò circumfertur, quòd ſacerdos quilibet eſt maior Rege, arg. l. nemo clericus, vel miles. C. de ſum. Trinit. & fi. cath. clericalis enim ordo dignitas eſt, & honor, c. deniq;. vbi gloſ. 4. diſt. Tiraquell. De nobil. c. 9. quod & ipſe probo cum Alci. ibi, Nouerint autem ſacerdotalem dignitatem in animi candore, & ſacramentorum miniſterio conſiſtere; non vt ament primos accubitus in cęnis, & priores cathedras in ſinagogis contra euangelicum textum Mat. 23. Mar. 12. ſic .n. declarat Alci. d. l. nemo clericus. & Io. Quintinus. De iudi. verſ. Talem.

22 Eandem quoq. libertatem lędere dicuntur ſeculares Principes, qui apoſtolicas litteras abſq. eorum licentia, ad eccleſiaſticum forum pertinentes, exhiberi vetant, vt ex Bonifacio 8. in c. Qué.

vbi

vbi Io. And. & cęteri scrib. de immun. Eccles. li. 6. & ex Bulla In cœna Domini, vbi Nauar. nu. 68. & de excommun. nemini reser. nu. 129. in Enchir. Castren. cons. 84. incip. Præsens dubium Tabie. super casu. 20. col. pen.

23 Quòd si prohibeantur laici armatorum congregationes facere, & in Ecclesiarum possessionem se intrudere ob vitanda scandala, & ne venientibus cum litteris apostolicis vis fiat, idq; in Principum constitutionibus declaretur, prout in Ditione Vrbinensi, laudandos potius Principes, quàm damnandos arbitror, prout simile statutum probat Ange. cons. 23.

24 Sicut in constitutione super matrimonio clandestino post Pontificiam facta ad maiorem edicti Pontificis obseruantiam, superaddendo pęnas seculares, quę nulla habita cognitione super matrimonij validitate, non videtur statuta contra ius superioris, sed pro eo, eiusq; reuerentia, præsertim cum de ipsa specificam mentionem faciat ex ijs, quæ scribunt Feli. c. Super his. fall. 9. De maior. & obed. Dec. cons. 138. Ay 314. Couar. 4. decretal. c. 6. nu. 18. Menoch. de arbit. iud. casu 398. Cur. sen. tract. De consuet. nu. 455. Claud. Bertaz. in addit. ad cons. Paris. cons. 85. nu. 8. eademq. constitutio est Mediolani in nouis constit. Rub. De pœnis.

25 Idemq; dicendum est in his, qui directè, vel indirectè clericos ad resignandas eorum Ecclesias compellunt, vt ex concilio Viennensi respondit Clemens 5. vbi Io. An. & Bonif. Vital. in Clem. Multorum. De pœnis.

26 Sic ea aduersus eccles. libert. agere dicuntur laici satellites, qui ad Ecclesias confugientes extrahunt, c. Inter alia. c. fi. de immun. Eccles. exceptis casibus permissis, super quibus adhuc altercantur maiores nostri, vt ex ijs, quæ scribunt in d. c. inter alia. videre est, & nouissimè ex responso Deciani 80. li. 3. & ijs, quæ docent Illustrissimus, & Reuerendissimus Card. Alba. trac. De immun. Ecles. Io. de Vischis d. c. Diffiniuit & Remig. de bon. eo. tit. post Alex. cons. 145. li. 6. aduersus quem moder. Parisiensi. immoderatè nimis disseruerunt.

27 Illud nō præteribo, in quo crebrior videtur scribentium schola, & cōmunis obseruātia, quòd ex proposito homicidium perpetrans, vel sub spe immunitatis delinquens, (quod satis liquere videtur,
28 si propè Ecclesiam quis studiose delinquat, & statim ad Ecclesiam fugiat) dubio procul extrahi potest, glos. in §. Sed neq;. quam probant Iac. Belui. & Bar. in Auth. de mand. Princ. Azo. Sali. l. 2. C.

2. C. de ijs, qui ad Ecclesiam, confug. Io. ab Ana. c. 1. De homic. Ancha. d. c. inter alia. Io. Fab. §. fi. Institut. de his, qui sunt sui, vel alien. iu. & de eo, qui sub spe immunitatis deliquit, Abb c. 1. de immun. Eccles. Card. Alba. Remig. fallen. 25. eo tit. Iodoc. Brugen. in enchy. c. 106. Boe. decis. 109. Marc. decis. Delphi. 120. Papien. de inquis. nu. 31. Henric. Boic. c. Ecclesiæ. De immun. Eccles. Rebuf. l. 2. De immun. art. 1. glos. 1. nu. 20. Siluest. in Sum. ver. Immunitas. 3. Did. Variar. resol. c. 20. Alci. Parer. li. 7. c. 6. & De præsump. reg. 3. præs. 35. Plaz. in proditoriè occidente, c. 20. & in necante ex insidijs Mill. praxi. crim. fol. 31. no. 19. Et quòd reus ijs casibus à Iudice laico extrahi possit, Did. Reb. Plaz. supra, & Clar. §. fi. Q. 31. dicens sic Mediolani, & Cremonæ seruatum fuisse prout, ego pluries in Ditione Vrbinensi seruaui, & seruari vidi ex ijs, quæ dixi supra, & alijs in responso meo 128. incip. Quòd Odoardus hispanus.

29 Nec mirũ, quia statim, quòd Ecclesia eiusmodi facinorosos homines recipit, sibi quoad priuilegium in tali casu præiudicat, si vera est Sali. sententia in l. Ex indulgentia. C. De senten. pas. nu. 4. Quod absq; ratione non dicitur: quia Ecclesia est de territorio loci, in quo sita est: & ideo laicus ibi delinquens à seculari Iudice punitur, Bal. Castren. C. de epis. & cler. licet quoad sacrilegium, cuius crimen mixtum est, ab vtroq; damnari possit, seruato præuentionis, ordine vt sic respondit Rol. cons. 24. li. 1.

Ego, dum eram Gubernator Placentiæ, posui satellitum custodiam iuxta Ecclesiam, & inde ob reuerentiam, quæ Ecclesiæ debetur, Episcopum requisiui: qui lubenti animo perquirendi licentiam satellibus concessit, & reum in manibus secularis Curię tradi iussit: qui ex insidijs hominem occiderat; & laqueo suspensus est. Quod est conforme opinioni Sali. in d. l. Præsenti. C. de ijs, qui ad Ecclesiam confug. & in Auth. Si quis. vbi etiam Ang. C. De adult. ac Aret. De malef. ver. In scalis sancti Petronij: quæ non displicet Remigio supra Q. 1. licet tandem dicat receptiorem esse sententiam, quòd in casibus exceptis cõfugiens, etiam absq; episcopi licentia, extrahi possit: eamq; etiam in praxi seruari: quam probauere Ferrat. in forma inquisitionis, Igneus l. 1. Ad Syllan. Card. Clem. 5. de offi. ordi. Gui. Pa. decis. delph. 121.

30 Illud pręterire nõ possum, quòd etiam in casibus, in quibus Iudex laicus fugientem ad Ecclesiam extrahere non potest: ipsum tamen armis vetitis spoliare potest, si crederemus Folleri. in praxi canon. in miscellan. nu. 30. Cui tamen, nisi aliud allegetur; assentire

tire

tire non possum: hi enim, quos adducit, principalem q. non tangunt, nec Ecclesiæ immunitas hisce leuibus violanda est.

31 Sunt etiam quàmplures vulgares casus, quibus ecclesiastica libertas lædi dicitur: quos operæ non est pretium adnumerare, cum ex ijs Io. Lup. trac. de Liber. eccle. par. 1. q. 10. viginti, & vnum recenseat: & de eisdem Io. de Vischis in d.c. diffiniuit. nu. 72. affatim scribat.

Ad secundam igitur partem transeo, in qua vtiliores quæstiones, quæ in foro quotidie versantur, discutientur.

SVMMAE RERVM SECVNDAE PARTIS.

ECclesiastica Libertas an lędatur, si laicorum statuto bona pro collectis obligentur. num. 1.

Statutum laicorum, quòd Ecclesia nunquàm præscribat, an valeat. nu. 2.

Statutum, tribuens executionem instrumentis laicorum tantùm, an lędat ecclesiasticam liber. nu. 3.

Bona ad titulum patrimonij si clericis concedantur, an collectis grauari possint. nu. 4.

Constitutiones Piceni grauant clericos pro bonis sibi donatis, quæ collectis sunt obnoxia. nu. 5.

Statutum, quòd probibet alienationes in Ecclesias, an contra libert. eccles. dicatur. nu. 6.

Quid si in non subditos. nu. 7.

Constitutio, quòd bona stabilia sine Principis licentia non donentur, an valeat in clericorum praiudicium. nu. 8.

Constitutio, quòd mulieres nuptæ absq; ducali rescripto non obligentur, an Ecclesiæ, & clericis prędiudicet. n. 9.

Clerici an comprebendantur statutis, quibus extraordinariæ solennitates prascribuntur. nu. 10.

Quid, si solennitatum obseruantia sit difficilis? nu. 11.

Constitutio, quæ in non subditos alienationem probibet, an clericos comprehendat. nu. 12.

Principes an alienandi libertatem in clericorum praiudicium coercere possint. num. 13.

Clerici pro extraneis non habentur: quia sunt ciues, & membra Reip. nu. 14.

Constitutionis verba, quòd in rem, vel in personam sint, an referat. nu. 15.

Statutum, vbi de pub. vtilit. non agitur, sed priuatorum tantùm, an clericos comprebendat. nu. 16.

Constitutio Principis, quòd frumentum extra territorium non exportetur sine licentia, an clericorum frumenta contineat. nu. 17.

Quid si pro vsu eorum. nu. 18.

Quid si extrabatur, vt cariore pretio vendatur. nu. 19.

Immunitates an, si de publica vtilitate agatur, seruentur. nu. 20.

Clericorum frumenta an sub generali pretij moderatione contineantur. num. 21.

Clerici

B Non

SECVNDA PARS.

1 ON ab re modo videndum est, an aduersus libertatem ecclesiasticam ciues egisse videantur, qui vniuersa eorum bona pro muneribus ordinarijs, & perpetuis Reip. soluendis obligauerũt, si fundus post legẽ cõditam ad Ecclesiam peruenerit: & negatiue quoad libertatis lęsionem respondendum videtur: quandoquidem hoc non est quicquam de clericorum iure diminuere, vt declarat Alci. d. Auth. Cassa. d. ver. Libertates. Quinimmò videntur Ecclesiæ ad eiusmodi munera subeunda teneri, re cum suo onere transeunte: ne dum quando certum onus impositum fuerat, antequàm ab Ecclesia acquireretur, quo casu pro quibuscunq; oneribus perpetuis, & ordinarijs obligantur, verum etiam si postea, pro muneribus tamen realibus, & minime sordidis, vt ex Iac. Beluis. in repet. §. contrahentes. nu. 105. c. Romana. de fo. compet. & ijs, quæ pro statuto Perusino dicente, quòd omnia bona tributaria censeantur; scripsit Bal. in l. 1. §. quòd si nemo. propè fi. ff. quod cuius vniuer. nom. Et quando bona in lib. census, (quem æstimum vocant) descripta sunt, etiam absq; dicto statuto probauere Castren. Aret. l. apud Iul. §. hęres. de leg. 1. Dec. cons. 285. nu. 5. Gui. Pa. Q. 87. & breuibus de communi testando Aegid. Thom. trac. de collec. Q. 47. Foller. super constit. Regni. tit. de Sa. san. Eccles. Curt. Iun. cons. 68. Bello. 40. & ante eos pleno cornu respondit Barbat. cons. 1. col. 5. li. 3. dicens ex hoc libertati eccles. vim non fieri: quia habet prędia à lege humana, non diuina, & quæ à lege humana procedunt, legi humanæ subijciuntur: licet ex hoc solo, quòd bona in æstimo reperiantur, verior sit sententia, quòd nulla inducatur hypotheca, ex Bar. in l. rescripto. ff. de mune. & hono. & cons. 189. incip. Si aliqua possessio. Alci. d. l. placet. C. de Sa. san. Eccles. ver. Extraordinariũ. in statuto Eugubiensi, quòd omnia prædia sint tributaria, & pro collectis obligata.

Requiritur ergo vera ciuium per collectis soluendis hypotheca, & non sat est simplex bonorum in æstimo descriptio; vt bona etiã ad clericos cum eorum onere transeant, vt Bal. Aret. & Alci. aiunt in d. l. placet. & tandem probat Io. Quinti. in Aristocrat. Christianæ Ciuit. ti. de cau. & indic. rerũ tempor. col. 3. nu. 3. Illud pro comperto est, si concurrant obligatio, statutum, & census

sus descriptio, Ecclesias omnino teneri; vt etiam in validioribus terminis scripsere Tanered. in compendiosa Rub. de quæsti. q. 11. Marin. Caraman. super constit. reg. rub. Quòd clerici. Cur. Iun. cons. 64. Calcan. 7. Ay. trac. de antiquit. temp. 4. part. vers. Præmissa. nu. 9. Bero. cons. 111. nu. 6. Alci. 8. nu. 9. Tomo 3. Burs. pleno cornu cons. 16. nu. 10. Rimin. Iu. cons. 2. in 1. aduersus clericos Parmenses. Bertaz. cons. 126. in 1. Pet. Belluc. in spec. princ. ti. De donati. rub. 46. nu. 5.

Quod etiam facilius in Vrbinen. Ditione admittendum, in qua magna prædiorum pars ad Ecclesias, & ecclesiasticas personas pertinet: & vbi laici hac ex causa maiora subeunt onera & quotidie pauperiores fiunt. Quod & perpedunt scriben. supra.

2 Sic & vires habere statutum aiunt, quòd Ecclesia nunquàm præscribat, Bal. rub. de constit. Natt. cons. 647. nu. 11. quia eiusmodi statutum acquirenda, & non acquisita respicit: quod ipse facile non admitterem: quia auferre ius præscribendi ab Ecclesia, est tollere, quod communi iure conceditur.

3 Sicut & valere, si dicatur, quòd instrumenta publica paratam habeant executionem, si actores sint laici: nam ecclesiastica non læditur libertas; nec clerici conqueri possunt, cum non id propter ab eis priuilegium aliquod auferatur à Papa, Principe, vel communi iure concessum, sed à statuto: quia instrumenta Quiritum, vel canonum lege paratam executionem non habent, l. nimis properè. C. de execut. rei iudic. Alci. Thom. supra. nu. 2. post Bal. in l. si quis curialis. C. de Epis. & cler.

4 Sed quid, si in meris iuris terminis versemur, dicendum in bonis in titulum patrimonij à patre filio clerico, vel ab alijs concessis, collectis obnoxijs? Et videtur negatiue respondendum ex glos. in c. Episcopus. ver. Subsidium. de præben. vbi Abb. nu. 3. Feli. d. c. Ecclesiæ S. M. nu. 10. & 13. vers. Retenta, & post eum Dec. nu. 22. allegat Bal. tit. de pa. const. nu. 17. licet fateatur, quòd quando collecta rebus imponitur, & non personæ, clerici pro rebus teneantur.

Sed contrarium Gomez. in §. Fuerat. nu. 6. Instit. de act. respondens alleg. à Dec. defendendo Abb. d. c. Ecclesię S. M. dicentem. nu. 7. quòd bona clericorum Ecclesiæ priuilegio fruuntur solum in casibus iure expressis. Couar. li. 1. variarum resol. c. 4. Vas. trac. de succes. li. 3. p. par. §. 22. limit. 17. nu. 42. expresse negantes, Ecclesiarum bonorum priuilegijs eiusmodi patrimonia frui debere: quę ad alimenta clericorum tantùm eis

consignata fuere: & in quibus eorum consanguinei succedunt.

5 Sed quicquid iure statuendum sit, ex forma constit. Piceni. c. 19. li. 3. in antiq. clerici donationes, emptiones, & quosuis alios cõtractus recipere prohibētur, etiam excommunicationis pęna, cum instrumentorum nullitate, nisi solitas collectas persoluant.

6 An autem municipij lex seruanda sit, quæ alienationem in Ecclesiam absolutè prohibeat; ita vt aduersus eccles. libert. facta dici possit, & pro Ecclesia respondendum est ex c. fi. de immunit. Eccles. li. 6. Bal. d. c. Ecclesiæ S. M. vers. sed ecce: quia in Ecclesiæ odium, & contra eius libert. facta videtur. Aliud si lex vetat immobilia in censu descripta in personas alienari, à quibus collectæ non possint exigi, vel in non subditos, nisi certa forma seruata: vt declarat Bal. ex tex. ibi in Auth. Sed & periculum. C. sine con. vel reliq. quocum Sali. & Castren. transiuere. Bal. cons. 299. li. 1. Franc. de Albergot. quem refert Card. in c. perpendimus. de senten. excomm. dicens, ita consuluisse, & sic respondit Barb. cons. 14. nu. 9. li. 2.

7 Vnde probabilis, & cõmuniter recepta videtur Card. distinctio in d. c. perpendimus. quòd cum in laicorum statutis de clericis fit mentio, tunc aduersus libert. eccle. fieri dicitur. Aut non, & tunc, si statuta certam præscribant formam, quæ sine magna difficultate seruari possit, valent: quod probat etiam, & sequitur Barb. d. cons. 14. col. 4. li. 2. post Sali. d. Auth. Cassa. & Ricar. de Sali. repet. l. 1. C. de Sa. san. Eccle. dicens eiusmodi quæstionem Mediolani in sala D. Vicecomitis Archiepiscopi disputasse: assentit Dec. ita distinguens d. c. Ecclesiæ S. M. quandoquidem lex non dicitur facta contra liber. Ecclesiæ, sed ad publicam vtilitatem, ex quò non simpliciter, sed secundum quid alienationē prohibet: & lex Ecclesiam, & personas ecclesiasticas emere non vetat; sed laicum venditorem sibi subditum ad collectas obligat.

Contrarium tamen probat Castren. cons. 432. nu. 12. in 1. quem refert, & sequitur Veral. Auditor Rom. Rotę, decis. 194. 3. par. dicens ita conclusum.

Sed Castren. allegat Bar. in l. fi. C. de Sa. san. Eccle. qui nu. 18. loquitur in statuto prohibente fieri venditionem Ecclesijs (quod in ipsarum odium facere videtur) non quando generalis est prohibitio, vt etiam addens ibi fatetur.

Nec mirum videatur, quòd Resp. propriam vtilitatem Ecclesiæ vtilitati pręferat; quia id iure permittitur, licet incidenter in Ecclesię damnum redundet, Bal d. cons 297. & 299. li. 1. Frider. Senen.

Senen. 85. Natt. 515. omnino videndus.

Quinimò Frider. d. conſ. dicit valere ſtatutum Patauij, quòd nemo alienet in hominem alterius iuriſdictionis, vel communis onera non ſubeuntem: etiam ſi fiat in Eccleſiam; quia eſt vniuerſale in odium non ſoluentium, modicum afferens Eccleſijs prçiudicium: quod & probare videtur Reuerendiſsimus Card. Alban. conſ. 8. nu. 8. & licet Eccleſia cum omnibus contrahere poſsit: non tamen cum prohibito lege communi, vel particulari, teſte Feli. ſupra col. fi.

Imò Ant. à But. in l. aſsiduis. C. qui potior. in pig. hab. laudare videtur ſtatutum, quo prohibentur laici bona allodialia in clericos alienare: cum quo Bal. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & in c. clerici. de iudic. in bonis perpetuo onere affectis, Iaſ. l. filiusf. §. diui. de leg. 1. Signor. conſ. 21. & Dec. d. Auth. Caſſa. tranſiuiſſe videntur: quibus tamen ipſe municeps eſſe non

8 poſſum, vt dicam infra. Et ex ijs infertur, conſtitutionem, quòd bona immobilia ſine Principis licentia non donentur, etiam donationes in Eccleſias, & clericos comprehendere.

9 Et quòd mulieres nuptæ abſq; Ducali reſcripto ſe obligare, vel quòd quicquam alienare non poſsint, etiam in alienationibus,

10 quæ in clericos fierent, procedere: ſicut & in contractibus, quibus à ſtatuto certa forma quædamuè ſolennitates præſcriberentur: quia licet laicis vtilitati publicæ in acquirendis proſpicere, Bal. Dec. d. c. quæ in Eccleſiarum. Natt. d. conſ. 915. nu. 8. Alci. d. Auth. Caſſa. ver. Libertates. nu. 35. Quod etiam fatetur Mandel. eccleſiaſticæ libert. fautor, conſ. 8. nu. 22. quando ratio ſtatuti eſt æqua, cum de modico clericorum præiudicio tractatur, & cum ſtatuentium intentio ad alium finem tendit, quàm vt clericis damnum afferatur.

Quaprop. laicus cum clerico contrahens, niſi ſolennitas à lege tradita ſeruetur, non obligatur; nec ſibi viciſsim clericum obligat, Feli. d. c. quòd clericis. Q. 8. Alci. d. Auth. ver. Sanctiones. nu. 20. quia in ſubditum, non in clericum lex facta eſt.

11 Sed quid ſi ſolennitatum obſeruantia ſit clericis difficilis, ipſiq; alienare velint? Et videretur, eos non comprehendi, veluti ſi ſpeciatim eius alienatio prohiberetur, d. c. fi. de immun. Eccleſ. li. 6. Sed & illud conſtat, quòd Principis conſenſus in alienatione requiſitus, pro difficili ſolennitate non habetur: cum etiam Eccleſia in ſuarum rerum alienatione idem obſeruat, vt ex Alci. d. ver. Libertates. nu. 43. Tamen etiam quia, vt res ipſa loquitur, nulla

nulla subest in consensu obtinendo difficultas, cum petentibus passim concedatur.

12 Sicut & constitutio, quæ in non subditos bona alienari prohibet; nam etiam clericos forenses comprehendit; prout ex prædictis pluries respondi: & in statuto Mediolanensi probauit Bal. d. c. Ecclesiæ S. M. & in c. at si clerici. de iudic.

Nec mirum, quia ex ea inhabilitate non ligatur clericus, sed laicus subditus, Abb. c. quod clericis. vers. Quandoq; statutum. de fo. compet. eiusmodi enim statuta fauore publico condita sunt, atq; vt in subditos bona immobilia conseruentur, vt multa congerentes probant Cor. cons. 78. nu. 11. li. 1. & Natt. sæpe d. cons. 515. nu. 10.

Idemq. dicendum videtur, si statuto alienatio in non subditos prohibeatur, nisi certum quid pro scuto soluatur, teste Bal. d. c. Ecclesiæ S. M. & d. c. clerici. in statuto Mediolanensi, Signor. d. cons. 20. vt etiam clericos includat, Ias. l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. Q. 3. Natt. supra. nu. 10. Et licet Alber. de Ros. 2. par. stat. Q. 2. & Feli. d. c. Ecclesiæ S. M. 9. articulum controuersum reddant; tamen ex prædictis affirmatiua sententia certior videtur, pro qua refert Alber. Mediolanense collegium iudicasse.

13 Suadet, quia seculares Principes possunt subditis alienandi libertatem quòad suarum rerum alienationem coercere; etiam si inde sequatur lucri Ecclesiarum priuatio: vt expressis verbis habetur in Sum. Tabie. Supra, casu 20. col. 3. & hoc fauore Reip. quam Bal. d.c. clerici. quoad hoc Ecclesiæ parem facit: quod & probat Io. Lecirier. de primog. q. 24. nu. 24.

14 Vnde ex prædictis concludendum videtur, quòd aut alienationis prohibitio nominatim clericos, vel Ecclesiam continet: & minime valere, & tunc Ecclesi. liber. lędi. Aut simpliciter alienatio in extraneos prohibetur; & valet, nec includuntur clerici: quia pro extraneis non habentur, cum Vrbem incolant, onera spiritualia subeant, Deum pro populo deprecentur, sintq. ciues Reip. & eius membra, vt scribunt Dec. cons. 314. Alci. d. Auth. Cassa. ver. contrafiat. & si super hoc dubitaretur, laici à prælatis cogi possent ad declarandum, quòd constitutio clericos non cõprehendat, Io. An. d. c. fi. de immun. Eccles. li. 6. Tabie. d. casu 20. & 21. nu. 2.

Aut prohibetur alienatio non simpliciter, & generaliter, sed certa forma non seruata, vel absq. Principis consensu ob publicam vtilit. & ex ijs, quæ supra congesta sunt, dicendum est, aduersus

public.

public. vtilit. non fieri, & prohibitionem meritò seruandam.

Nec obstare videtur lex in d. c. fi. de immun. Eccles. li. 6. quia ibi prohibitio erat generalis, nullaq. apparebat prohibitionis causa; itaut in clericorũ odium facta videretur: & idpropter anathematis pœna imposita est, vt post Frider. à Sen. d. cons. 85. respondit Natt. supra.

15 Sed an referat, quòd statuti verba in rem, vel in personam concepta sint; & videtur affirmatiue respondendum; cum lex de re sibi subdita loquitur, Abb. d. repet. quod clericis, vers. ex hoc infero. Alci. d. Auth. Cassa. ver. sanctiones. nu. 31. Gram. decis. 100. nu. 16. Ceph. cons. 54. li. 1.

Sed Natt. d. cons. 515. nu. 13. & 148. post Alex. cons. 19. li. 6. de communi testantem nihil differre contendit: quia cum dicitur Nullus vendat, sibi subditum comprehendit; quem meritò ligare potuit. Crebrior tamen videtur in ijs, & simil. prior sententia: pro qua fusius Tiraq. de iu. primog. Q. 46. nu. 6. in quo amplius deliberandum: quia etiam Nat. cons. 581. nu. 23. distinctionem Bart. dubiam fatetur.

16 Sed quid, si de publica vtilitate nõ agatur, sed potius priuatorum, vt puta si statutum sine consanguineorum licentia, vel pręsentia alienationem prohibeat: an si in Ecclesiam, vel piam causam fiat, obseruandum sit; vel aduersus libert. eccles. factum censeatur, & non valere scripsit Bal. cui Castren. Fulgo. & Alci. assenserunt in l. generali. prior. nu. 3. vltimus vers. siue non scripta. C. de sa. san. Eccles. & li. 1. de ver. sig. facie 13. post Bal. cons. 93. li. 2. & plerosq. alios, quos pleno cornu congerit Tiraquel. de leg. connub. glos. 6. Q. 18. nu. 159. vsq; ad 172. & hinc atq; hinc adducit, & casum admodum dubium dicit, potiusq. in diuersam sententiam aduersus piam causam pendere videtur, nulla tamen mentione facta de distintione, quam ego amplector, nempè an statutum ob pub. vtilit. vel priuatam factum sit: vt priore casu seruanda sit, posteriore verò minime, quod & superius probaui vers. Et ex ijs infertur. nu. 8.

17 Quid autem si lex mandet, frumenta extra territorium non exportari; an clerici comprehendantur; quin saltem recollecta in bonis Ecclesiæ, vel patrimonij extrahere posꝭint; vulg. est quæstio: & pleriq; credunt, eiusmodi legem tanquàm contra liber. eccles. non valere: & in specie nostra allegant Rip. trac. de vbert. conser. nu. 122. qui adducit Bal. cons. 196. in 2. sed Bal. loquitur in clerico portante vinum in ciuitate recollectum extra territorium,

torium, quod potius contra vbertatem, & pub. vtilit. factum videtur; cuius contrarium est in casu nostro. Insuper Bal. allegat tex. in l. sacrosancta thesalonicensis. Ecclesia C. de sa. san. Ecclesiae. quae ad rombum non fuit. Imò Bal. rectè perpensus in fi. consilij sentire videtur, quòd laicus portans frumentum mercede habita à clerico puniri debeat, ac illud perdere, dummodo non fiat praeiudicium clerico; & idprop. concludit ibi, sententiam condemnatoriam iuste fuisse latam: sed etiam cum Rip. transire videtur Gram. decis. 100. nu. 15. nil tamen aliud allegans, quàm Bal. & Rip. supra.

Itaq. diuersa sententia verior, & aequior videtur: nempè quia prohibitiones eiusmodi, nè frumenta absq. principis licentia foras adducatur ob pub. vtilit. fiunt; ijsq; instantibus, qui sitocomiae curam gerunt, vt vberior sit Annona; pauperumq. egestati facilius consulatur.
18 Quod & certissimum videtur cum de proprio
19 clericorum vsu, ac victu non agitur, sed vt carius alibi vendant,
20 & sic negocientur. Imo nec per eorum vsu, si sic esset consuetudo, quam valere adserit Nauar. in Enchir. c. 17. nu. 201. Si quidem ob pub. vtilit. immunitates eiusmodi negligi soleant, l. iubemus nullam. C. sa. san. Eccles. l. si ex toto. de leg. 1. Aegid. Thom. trac. de collec. fol. 120. nu. 1.

21 Et in specie, quòd clericorum & Ecclesiarum, frumenta in moderatione pretij tempore penuriae à Principe, vel Annonae praefectis facta, comprehendantur ratione publicae vtilitatis, probare videtur Bar. in l. fi. C. de exac. trib. li. 10. vbi clarius Io. à Plat. & idem Plat. in l. fi. C. de quib. muner. nem. lic. se excusare. & probat Menoch. omnino videndus cons. 132. li. 2. vt clerici, & alij priuilegiati teneantur etiam inuiti frumentum vendere pretio ab Annona destinato, nec à ciuitate, vel locis, vbi satum fuit, & ad loca, vbi carius venditur; portetur; extrahere posse. Laudo ego, vt Episcopi ad hoc curandum moneantur: & ita me suadente, seruatum scio. Sotus in 4. senten. distinct. 25. Q. 2. art. 2. col. 4. vers. quarta conclusione. subdens, personas ecclesiasticas neq. iure diuino, neq. humano à ciuilibus legibus omnino exemptas esse: quia, clericatu non obstante, sunt Reip. ciues, & eius membra: ideoq. clericos teneri parere, quatenus leges Principum ad Reip. pacem, & tranquillitatem pertinent, vt in proposito respondit Paris. cons. 11. nu. 13. li. 3. & probant Bero. c. 1. nu. 225. de constit. etiam in foro poli. Rodor. Soarez. repet. l. post rem iudicatam. 9. ampliatione, ff. de re iud. Vincen.

cent. Franc. decis.9.

22 Quinimo dicit Sot. supra, quòd clerici frumenta carius venden-
tes mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur: quod prius
docuit Luc. à Penna d. l. fi. nec diffitetur Abb. c. 1. de emp. &
23 vend. dicens, clericos ad charitatis opera magis teneri, quàm lai-
cos: & idpropter contrarium facientes peccare.

24 Quod & probauit Did. li. 3. var. resol. c. 14. vers. Vigesimus quinctus casus. scire nanq. deberent, quòd bona clericorum sunt pauperum, vt dicebat Diuus Hier. & eorum domos pauperibus, & peregrinis esse communes, c. fi. 17. q. 1. Bero. c. ex litteris. nu. 5. de proba. & ideo debent de superfluis redditibus pauperibus subuenire, vt ait idem Bero. rub. de iu. patron. nu. 66. & c. 1. nu. 37. & c. qui res Ecclesiæ. nu. 11. de reb. Eccle. non alien. nu. 10.

25 Concluditur ergo quòd clericus eo statuto tenetur, quod pro vtilitate publica factum sit, & ad omnia munera subeunda, quæ propter publicas necessitates imposita sunt, vt post congesta supra pleno cornu docent Bero. c. 1. nu. 225. de constit. Io. Quintinus in Aristocratica, tit. de cau. & iudic. rerum tempor. quod & probat Vascus repet. l. quando in prioribus. §. 10. nu. 648. & 651. C. de inoffi. testam. Caraui. ritu. 166. nu. 37. Pet. à Plaz. Epit. delic. c. 9. nu. 25. sed ad eius obseruantiam ab Episcopo compellendus est, Alci. d. Auth. Cassa. vers. Sanctionis. nu. 50. Decian. pleno cornu, vt clerici, & ad impensas studij Patauini teneantur, cons. 14. in 1. vbi sub. nu. 22. ex auctoritate Anca. d. c. non minus. & in c. 1. de immu. Eccles. li. 6. & And. Barb. cons. 1. col. mihi 13. & 14. dicit, quòd quando clerici contribuere debent, etiam à laicis sine Papæ, vel Episcopi consensu cogi possunt. Quod vltimum ego admittere non possum ex ijs, quę scribunt Io. An. d. c. aduersus Sali. Alci. d. Auth. Cassa. nisi tamen tàm magna subesset necessitas, vt periculum esset in mora, si saltem Episcopus requireretur, vel si eius copia haberi non posset: nec tandem hoc diffiteri videtur ipsemet Barb. d. cons. 1. col. 14. & Deci. supra in fi. cons.

26 Sicut si cautum sit, ne altius ædes tollantur, Sali. d. Auth. Cassa. Ambros. de Opizon. d. l. filiusf. §. diui. nu. 88. de leg. 1. Ant. de Padil. in l. altius. nu. 10. C. de seruit. & aqua.

27 Quòd vię, & compita purgentur. pontes reficiantur, & si quæ simi-
28 lia: & hac ratione Ecclesia portorium soluere debet, quod pro
plaustra ducentibus impositum est, Itemq. symbolum dabit, vt

29 puteus, furnusq. toti viciniæ communis instruatur. Itemq. pro mœnibus necessariò extruendis, & reficiendis, Archi. c. generaliter. 17. Q. 1. Thom. supra. nu. 15. Quod vltimum, si subsit maxima necessitas, cui laicorum facultates non suppetant, verum est: aliàs secus, Abb. c. non minus. de immun. Eccles. & consulto Rom. Pontifice, c. aduersus. eo. tit. Alci. l. ad instructionem. in princ. C. de Sa. san. Eccles. Idem probasse videtur Luc. à Penna l. cum ad felicissimam. col. 1. C. de quib. muner. nem. lic. se excus. l. 10. dicens c. non minus. & c. item nulla. procedere in statutis à communitatibus, & non à Regibus, & Principibus editis, subdens col. 2. quòd esset contra æquitatem, & iustitiam, si Ecclesiæ emolumenta bonorum consequerentur, & onera, quæ perferebant, quibusuè erant obnoxia, antequàm ad Ecclesiam deuenirent; laici sustinere cogerentur: suadet tex. in c. peruenit.
30 de immun. Eccles. vbi clerici ad murorum custodias necessitatis tempore tenentur: quòd si personalia onera subire debent; multo magis, si necessitatis vrgeat, realia. Quo argumento vtitur etiam Barb. d. cons. 1. nu. 6. in 3. Vnde generalis regula dari solet, quòd vbi tractatur de generali vtilitate ecclesiasticorum, & laicorum simul & mixtim, clerici cum laicis contribuere tenentur ex doct. Anca. quam probat Abb. in c. non minus. nu. 18. de immun. Eccles. & ijs, quæ pleno cornu congerit Decianus d. cons 14. nu. 19. Nicol. Baldus post decis. Pedemon. 68. & ita seruari curaui Placentiæ anno 1577. & 1578. vbi maximũ vigebat pestis periculum, quæ Mediolanenses, Papienses, & Genuenses acriter vexabat, Reuerendissimo tamen Episcopo requisito iubente.

Constitutio igitur à Principibus facta, ne frumenta ex eorum Ditione extrahantur ob pub. vtilit. & annonæ vbertatem, laudabilis, & iusta est: etiam à clericis, vltra ipsorum victum, obseruanda. meritòq; ab eorum ordinarijs ad id sunt compellendi.
31 Prout & quòd frumenta cariore pretio non vendantur, & eorum descriptiones apud eos faciant.
32 Quod & puriore conscientia fieri potest, vbi ex immemorabili consuetudine nedum laicorum, sed & clericorum passim introductum est à clericis, sicut à laicis, quòd à frumentorum extractione se abstineant, nisi subsit Principis assensus: quę cum sit laudabilis, vt aiunt, & pub. concernat vtilitatem, in quocunq. foro seruanda est, c. cum venissent. de eo, qui mittitur in pos. vt declarat Henr. Boic. d. c. quæ in Ecclesiarum. in fi. de constit. & fusius

Bel-

Bellem. in c. quod clericis. nu. 26. vers. secũdo fall. de fo. comp. & in proposito Alci. supra ver. sanctiones. nu. 38. Idemq. probare videtur Nauar. in Enchir. c. 13. in 6. præcep. nu. 20. subdens, quòd clerici nequidem pro eorum vsu, stante consuetudine, extrahere possent: quam valere adstipulatur, vt supra.

33 Nec mirum videatur: quia clericorum priuilegia personis, & non eorum rebus adhærent, Bar. l. licitatio. de public. Archi. c. quãquàm decens. in 6. Luc. à Penna l. 2. C. de iu. reip. li. 11.

Vnde meritò dicebat Abb. cons. 63. li. 1. quòd nunquàm fit contra liber. eccles. nisi cùm expresse lex clericorum personas afficit: quod & probat Thomas d. trac. de collec. fol. 120.

Hinc dixit Bar. in l. cunctos pop. vers. Hoc pręmisso. seruandum esse laicorum statutũ, etiam Episcopi foro, contra clericos, quòd instrumentum paratam habeat executionem, c. cum venissent. de eo qui mittit. in pos. cum statutum sit honestũ, & ob public. bonum factum: & licet Bal. ibi, & pleriq; alij in diuersam sententiam tendant: ego quòad executionem realem à Bart. non recederem, præsertim cum huiusmodi statutum à Principe factum proponeretur, & non à solis ciuibus. Pro qua sententia vltra iam dicta sentiunt And. Sic. repet. rub. De bon. Eccles. non alien. 2. dubio, & Io. An. c. fi. col. pen. de solut. subdens multum differ-

34 re, quòd lex à Principe, vel populo facta sit: & quòd si faueat omnibus, etiam ab ecclesiasticis sit seruanda, vt probat etiam Ias. in l. quoties. nu. 24. C. de rei vendi. & Did. practic. qq. c. 8. in fi. motus ex c. 1. & 2. 10. distinct. vbi probatur imperato-

35 rias leges, etiam in foro can. militare, si canonicis sanctionibus non aduersentur: sequuntur Bartholi, & Couar. sententiam fusius Carau. super Ritibus Curiæ, Ritu 166. nu. 39. & Suarez in l. post rem iudicatam. 8. ampliat. ff. de re iud. Menoch. de arbi. li. 2. casu 180. nu. 25.

36 Sic & ob pub. vtilit. seruanda est constitutio, quòd post secundam noctis horam nemo vadat per ciuitatem absq; lumine, licet clerici non à laico, sed ab eius Iudice coercendi sint, vt probat Sum. Tabi. supra, casu. 21. in fi. allegans Io. An. in nouella, & alios antiquiores.

37 Sic clericus cum armis vetitis inuentus, à seculari Iudice capi, armisq. exui potest absq; censurarum nexu: ita tamen, vt statim Iudici suo puniendus afferatur, Cor. cons. 20. li. 3. Couar. li. 1. practic. qq. c. 8. & 32. in fi. Pet. à Plaz. epit. delic. li. 1. c. 8. nu. 26. cum seqq. Vas. repet. l. quoniam in prioribus. §. 10. nu. 648. & 651.

& 651. Clar. §. fi. Q. 36. de communi fidem faciens, Marc. decis. Delph. 364. li. 1. Ant. Scap. li. 1. de pers. & reb. Eccles. clericorum enim arma sunt, velut rectius loquar, esse deberent lacrymæ, & orationes, c. couenior 23. Q. 8. statuta nanq; arma prohibentia ius commune, & vtilit. pub. respiciunt, vt supra, Menoch. supra, & casu 394. nu. 31. Io. Lupus, c. per vestras. §. 1. nu. 13. de dona. inter vir. & vx. quod etiam in Hispania seruatur, teste Plaz. supra.

38 Sicut si in flagranti crimine reperiatur, Bar. l. si quis in seruitute. C. de fur. Bal. l. si qua per calumniam. ver. sed quęro, C. de epis. & cler. Io. ab Anan. c. super eo. de crim. fal. Inn. Feli. c. si verò. de senten. excomm.

Et idem si in actu fugæ sit, vt à creditore capi possit, & ad ecclesiasticum forum duci, ex quo nulla eo casu adhiberi potest
39 causæ cognitio: & multò magis si absq. habitu, & tonsura repertus sit, Bal. Alci. d. c. cum non ab homine. de iud. nu. 60. 71. 81. & 82. Eman. Suarez opin. comm. ver. clericus. nu. 112. & nouissimè Camil. Borel. in addit. visu dignis ad Pet. Belluceam in Spec. Princ. tit. de occup. temporalium. Et de clerico in rixa, vel adulterio deprehenso, Folle. in praxi cano. ver. vel vsuram. nu. 14.

40 Sicut si in crimine, quod assassinium vocant, deprehendatur: quia propter criminis atrocitatem ipso iure degradatus censetur, Lap. c. pro humani. de homic. li. 6. Requiritur tamen, quòd præcedat à suo Iudice declaratoria, quòd de tali crimine notatus sit, licet adhuc non condennatus. Arch. Io. An. nu. 9. Anca. d. c. pro humani. Aufrer. de potes. seculari, fall. 2. nu. 26. & Card. Alba. cons. 13. dicens, clericum pro diffidato non haberi, nisi declaratoria pręcedat: allegat Franc. & Gemin. ibi, quicquid nimis effuso sermone dixerint Mars. cons. 9. nu. 17. & Moder. Parisien. ad Alex. conf. 8. Maran. in spec. 11. distinct. princ. par. 4. nu. 76. Gramm. cons. 1. post decis. nu. 60.

41 Sed quid si laicus post patratum facinus clericus efficiatur? Respondendum videtur, Iudicis secularis pœnam non euadere: sed ad eum ab ecclesiastico remittendum: nam ex mutatione status iusdicentis ius non fit deterius, Bar. l. omnes. C. de decurion. & eorum fil. li. 10.

Contrariũ sentire videtur Io. An. in c. 1. de oblig. ad ratiocin. dicẽs, quòd respectu bonorũ Iudex laicus cognoscit; personę verò clericus: quod & probare videtur Vinc. Franc. decis. Neap. 209.

Sed

Sed, supposita veritate prioris sententiæ, videtur, quòd Iudex ecclesiasticus prius cognoscat, an dolo clericus effectus sit; & eo casu ad laicum ipsum remittere debeat, teste Bandi. de varijs qq. nu. 9.

An autem præsumatur, quòd clericatum fraude induerit: pro affirmatiua Dec. cons. 230. Viuius, Suarez nu. 122. ver. Clericus. nisi de voto ante delictum constaret, Pet. Duen. reg. 100. quod certius est, quando ante clericatum laicus citatus fuerat, Guid. Pa. de pręsump. nu. 94. Quòd si ante commissum crimen clericalem ordinem, vel ingressum nouisset, aliud deliberandum, Bal. l. 1. in fi. An seruus ex suo facto. Ias. l. cum quædam puella. de iurisd. om. iud. Duen. d. reg. 100. Beret. cons. 68. nu. 4.

42 Alij quàmplures sunt casus, in quibus clerici laicorum statutis alligantur, vt si coram seculari Iudice causam agant: in ijs enim, quæ iudicij ordinem procedendiuè modum respiciunt, municipales leges seruari decet, c. quòd clericis. de fo. compet. quoniam non de clerici persona, sed de causa tractatur: quę laicali foro subijcitur.

Quapropter ab interloquente Iudice clericus non prouocabit, quicquid canonum iure statutum sit, vt in specie Cor. cons. 104. in 2. Instrumenti executionem, quæ ciuili, vel pontificio iure non indulgetur, absq; vlla libelli oblatione implorabit: quia hęc omnia iudiciarium ordinem respiciunt, vt docent Canon. d. c. quod clericis. Alci. d. Auth. Cassa. ver. sanctiones. nu. 50. Et eadem ratione idem ipse in Ducali Auditorio respondendum duxi, dum reus laicus statutariam instantiam peremptam aduersus clericum agentem proponebat, But. Imol. d. c. quod clericis. Dec. d. c. Ecclesiæ S. M. nu. 49.

Idemq. dicendum, vbi clericus agens statuto sibi fauorabili inuitaretur, si eodem statuto sibi de eiusdem legis pręscriptione obijceretur, Bar. l. omni nouatione. C. Sa. san. Eccles. Alex. cons. 209. nu. 11. in 2. Soci. 36. 97. in 1. Cor. supra, Tiraquel. consuet. Pictor. ti. de retrac. §. 1. glos. 15. nu. 7.

43 Sic & clerici, cōtrahendo iuxta laicorum consuetudines, & statutum, contraxisse videntur: vt putà si certa forma in pensionibus præscribatur, vt in contractibus de retrouendendo in Ditione Vrbinensi iam quadraginta annis elapsis decretum est: & ad ea seruanda ab Episcopo suo compellentur, vt docuere Sali. & Alci. d. Auth. Cassa. ver. Sanctiones.

44 Non tamen quòad ea ligabuntur, quæ ad decisionem, finemq. litis acce-

accedunt. Et idpropter, licet statutum probationes reijciat, aliquavè peremptoria exceptio obijciatur, quæ à statuto procedat; poterit clericus, etiam repugnante statuto, testes, & instrumenta producere, & à diffinitiua contra eiusdem legis formam prouocare, DD. d. c. Eccles. Sanctæ M. Sali. Alci. supra, & trac. de præsump. reg. 3. præs. 44. nu. 17. & Tiraquell. de iure primog. Q. 43. nu. 16. post fusius congesta ab Aegid. Bellem. d. c. quod clericis. nu. 8. vsq; ad nu. 22.

45 Sicut si quis post inchoatam præscriptionem clericus efficiatur: nam laicorum statutis non obligabitur, Feli. d. c. Ecclesiæ S. M. Q. 15. nu. 101. dicens, quòd si statutum vetat, debiti solutionem testibus probari, laicus postea clericus effectus, licet tempore, quo contraxit esset laicus, non prohibetur, ex quo est in decisorijs, & quia actus probationis perficitur, postquàm clericus factus est, Dec. ibi. nu. 206. Io. Lecirier. trac. de primogenit. Q. 11. li. 2. nu. 8.

Idemq. probat Fel. ibi in clerico, qui successit creditori, contra quem erat decursa pars præscriptionis, stāte statuto, quòd spatio decem annorum credito præscribatur Dec. supra. Rot. decis. 5. aliàs 152. in antiq.

Verū est, quòd, quando statuta alicui inijciunt vinculū ante clericatum, eandem etiam post clericatū alligant, Io. An. c. sine culpa. nu. 17. de reg. iu. in 6. Commen. cons. 140. Nec mirum quòd obligatio ex persona hęredum immutetur contra l. 2. §. ex ijs. de ver. obli. quia hęres ius ex propria persona prætendit, & non tanquàm hęres, quo casu conditio obligationis mutari potest, Ias. d. c. ex ijs. Diaz reg. 503. & ita respondit Ant. Ciofus Florentinus cons. 20. li. 1.

46 Tenentur insuper clerici ad eas collectas, quæ pro Principis, seu Baronis munere (quod prouisionem nostri appellant) imponuntur, Luc. à Pen. l. fi. vers. huius gratia. C. de exact. trib. li. 10. Mari. Caram. supra, nu. 34. Sicut & ob repentinum Principis aduentum, si quid muneris subeundum est, l. nemini. C. de Sa. san. Eccles. Decian. d. cons. 14. nu. 20. in 1.

47 Sic & magna necessitate vrgente hospites recipere, c. 2. & 3. de immun. Eccles. & ad ea omnia ab Episcopo compellendi sunt, Alci. d. l. placet. ver. Nisi. qua cessante clamat Abb. aduersus Epidemeticos, quos Forestios vocāt, in c. 1. & c. cum Ecclesia. eo tit. qui etiam armigeros in clericorum domos ducunt.

48 Sicut & si eadem necessitas vrgeret, milites conducere ad euadendas

dendas

dendas exulum rapinas, & hostiles incursus, prout superioribus annis, absq; vllo tamen clericorum pecuniario auxilio, in hac Vrbinensi Ditione factũ constat, vt ex Bar. in l. nullus. C. De Decur. pup. l. 12. vbi Io. à Plat. Castren. d. l. Ad instruct. quæ correcta non reperitur, Cy. Bar. Bal. Alber. ibi, Inn. Abb. Card. d. c. nõ minus. Bal. tit. de pa. constan. ver. Munitiones. Gui. Pa. Q. 78. Barb. cons. 1. col. 5. in 3. Brun. cons. 139. li. 2. Natt. 280. li. 2.
49 Decian. supra Rimin. Iu. cons. 15. li. 1. vbi dicit, quòd d. lex Ad instructionem. fuit immutata tantùm quòad exigendi modum: id quod probat Burs. cons. 16. nu. 76. & pleno cornu cons. 25. & ante ipsum Folle. super constit. regni, ti. de Sa. san. Eccles. nu. 6. post Barbat. in l. nullus. C. De Decur. & Io. Lecirier. trac. de primogen. Q. 24. nu. 23.

50 Sed an clerici ad vectigal, seu datium vino impositum, quod minutatim venditur, teneantur: & si id onus pro ijs impositum est, ad quæ clerici debent concurrere, putà pro pontium, & murorum instructione, ipsos, quoq. id subire compertum est, vt in specie scribit Rip. resp. 22. li. 2. vel sub alia impressione resp. 2. tit. de ecclesias. ædif. aliàs secus: ita Ant. à But. Bal. Ias. d. l. placet. Bertran. cons. 53. Sum. Tabie. ver. Immunitas. nu. 12. Gram. decis. 100. nu. 26. & ita in simili datio cum Excell. Iurecon. collega meo, Domino Francisco Bellutio respondi à ciuibus, & populo Pisaurensi imposito, pro restauratione antiqui aquæductus, tanquàm expensa necessaria fuerit, & pro salubritate aquæ etiam clericis vtilis, præter id, quod hoc Serenissimus Princeps meus non iubebat, sed populo supplicanti assensum præbere requirebatur.

51 Sed quid in onere imposito carni, quæ in macello venditur, sali, vel simil. & si vectigal impositum proponatur pro ijs, ad quæ clerici non tenentur, videretur in personarum ecclesiasticarum prę-iudicium id fieri non potuisse: & de hoc maxima fuit altercatio in quadam ciuitate, Episcopo aduersus ciues adseuerante, ecclesiasti. libertatem lędi: sed diuersa sententia certior visa est: & ecclesiast. libertati nullã vim fieri, ex quo lex generalis erat, cui laici omnes parebant, factaq. ex causa, saltem probabili, & pro onere, nedũ vino, & carnibus, sed bonis stabilibus mercatoribus, & animalibus indicto: & quia nullo iure cautum reperitur, quòd clerici viliore pretio, quàm laici sal, aut carnes emant: qui sibi ipsis prouidere possunt: quod & Castren. probasse videtur cons. 423. ex puncto li. 2. Fannut. de collect. 4. par. nu. 48. Sum Siluestr.

uest. ver. Immunitas. §. 1. in fi. vbi post lõgã dist. dicitur. ꝙ de hoc clerici conqueri non possunt. Cui sententiæ tandem etiam Episcopus Reuerendissimus acquieuit, prout, & prius etiam Illustrissimus, & Reuerendissimus Episcopus Placentiæ, Card. Neapolitanus. Et hæc quoad secundam partem satis sint.

SVMMAE RERVM TERTIAE PARTIS.

Fide-

TERTIA PARS.

1 QVAERENDVM est modo, an filia monacha cum fratribus succedat, si municipali lege, existentibus masculis, filiæ fœminæ à successione repellantur: & affirmatiua receptior videtur sententia, si capax sit, & tempore delatæ successionis monasterium fuerat in-
2 gressa: quia contra personam ecclesiasticam statuentes nullum statuendi ius habebant: secus si ante ingressum hæreditas iam delata fuisset, vt communi voto probauere Salic. d. Auth. Cassa. Alex. cons. 210. & 211. in 2. Felin. sæpe dicto c. Ecclesiæ. S. M. q. 16. Dec. nu. 67. Rui. 204. li. 1. Rol. 57. in 2. Tiraquell. multa congerens trac. De iure primog. Q. 43. nu. 2. Quod probat etiā Alci. d. Auth. Cassa. ver. Eorumq. personas, dummodo, antequàm se cœnobio didicauerit, aliqui extarent masculi: quòd si legis verba in eum casum concipiantur, quo adhuc religionem
3 non sit ingressa, puta ingrediens monasterium sit succedendi iure priuatus, non valere crediderim, quicquid dixerit Bar. in l. fi. C. de pact. cuius sententia communi calculo reijcitur, & tunc Ecclesiæ libertatem lædi.

4 Sed quid, si lex dicat, quod fratri ab intestato decedenti succedant fratres laici? Respondeo, respectu fratris clerici minime valere, quin ipse ad portionem, quæ sibi communi iure competebat, admittatur: licet secus in ijs portionibus, quæ ad fœminas pertinuissent, si exclusæ non essent: quia illæ municipalis legis beneficio ad laicos tantùm spectabunt: potuit enim lex id priuilegium laicis tantùm concedere, & non clericis, à quibus nihil aufert. Et ita ijs, & similibus argumentis respondit Corn.
5 cons. 61. nu. 4. in 1. subdens, à laicis statui posse, vt eorum statuta clericis non prosint, allegando Bal. in l. de quibus. col. 8. ff. de leg. Thom. Doccius d. cons. 6. nu. 4.

6 Nec mirum, quia eiusmodi statuta ob agnationem conseruandam fiunt: quæ quidem à laicis, & non clericis in longum æuum protrahitur: quæ ratio agnationis conseruandæ, etiam si expressa non

sa non sit, pro expressa habetur, Curt. Iun. cons. 9. Rui. 25. in 3. Ceph. 347. nu. 39. in 3. Brun. tract. Quòd stantibus masc. Artic. 3. nu. 12. de communi fidem faciens.

7 Et eadem ratione dubitatum est, an statuto fœminas excludente, existentibus masculis, prout in Vrbinensi Ditione, & plerisq; ciuitatibus Italiæ, si vnus, vel plures masculi clerici in sacris, vel Presbyteri supersint, an à successione fęminas excludant; Matthesil. sing. 111. post Ancha. negatiuā amplectitur in statuto

8 Bononiensi, sub prętextu, quòd clerici laicorum statutis frui nō posint, etiam sibi fauorabilibus. Idemq. probare videtur Barbat. c. Dilecti. de constit. & alij quàmplures, iudicio meo, sat leuibus fundamentis. Vrgentior videtur ratio, de qua in priore q. à me deducta: quòd finalis statuti causa est, quia familiæ à masculis, & descendentibus conseruantur: quæ in Presbyteris, qui filios non habent, nec habere legitimos, & naturales possunt, propagari non decet.

Sed in diuersam sententiam frequentius itum est: pro qua scripsit Lap. alleg. 100. & 101. & post eum Quintil. Mandos. in addit. Abb. c. Ecclesiæ. De constit. & d. c. Quòd clericis. Alex. ad Bar. l. 1. §. Quòd si habebat. ff. de bon. poss. contratab. & cons. 41. li. 7. ac pleriq. quos pleno folio adducunt: & probant Io. Lecirier. trac. de primog. c. 24. & Tiraquell. eo tract. Q. 44. ea potissimum ratione, quia statutum est generale, clericos non grauat, nihil eis præcipit: sed succedendi viam aperit.

9 Videmus enim, eos etiam ea frui consuetudine, quæ retrahendi rem à consanguineo, vel vicino venditam, facultatem concedit, c. constitutus. De in integr. restit. vbi Anch. & Abb. & alij, quos probat, & congerit Tiraquell. de retrac. lignag. vers. Sed consequenter. nu. 33. quia clerici, quàmuis laicorum legibus non ligentur: earum tamen beneficio in sibi fauorabilibus vti possunt, Bar. trac. Represal. Q. 5. princ. & post antiquiores Alci. epistola Inter claras. ver. Extorres. C. de Sac. sanct. Eccles.

10 Idemq. dicendum videtur in statuto, quo agnati cognatis præferantur, vt clericus ad excludendum admittatur, si credimus Imo. in d. c. Quòd clericis. Alex. cons. 44. li. 5. & Dec. cons. 13.

Illud tamen diffiteri non possum, quòd, si statuentes casus hos, & similes præcogitassent; filias fœminas à successione propter masculos clericos, qui vt plurimum diuitijs, & Ecclesiarum redditibus abundant, à iuris orbita deuiantes: vero similiter non exclusissent, vulg. Glos. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact.

11 Quid

11 Quid autem, si statutum consanguineos ad compromittendum, nulla clericorum mentione facta, compellat, an clericus eos ad compromittendum prouocare possit. Et ex ijs, quę supra dicta sunt, & pręsertim ex congestis à Tiraquell. & notat. in c. constitutus. De in integ. restit. affirmatiuè cōcludendum videretur: sed contraria receptior est sententia; quia, licet eiusmodi statutum clericis sit fauorabile; laicis maximum damnum adfert propter appellationem, quæ ad iudices ecclesiasticos deuolueret: essetq; modus hic, quo à Iudicibus laicis, etiam in causis prophanis, laicorum forus ad ecclesiasticum declinaretur: & tamen regulare est, vt ille non debeat prodesse statutum, cui nocere non potest: aliàs daretur claudicatio, Iac. de Are. l. cunctos popul. C. de sum. Trinit. Ant. à But. Imo. c. fi. de vi. & honest. cler. & in terminis sic concludit Io. Bapt. Peruſ. gener Bart. trac. de arbitr. lì. 2. c. 19. nu. 6. etiam quòd de proprio, & non Ecclesię interesse tractaretur.

Sed quid, si vnus ex cognatis, vel secundo genitus, de cuius hæreditate agitur, sit clericus; an id statutum, tanquàm de clericorum bonis disponens, seruandum sit? Io. An. in reg. sine culpa. De reg. iu. in 6. & post eum Abb. Dec. nu. 66. d. c. Ecclesiæ S.M. affirmatiuè concludunt, in secundo genito, qui statuti conditi tempore non erat clericus; vt clericatus sibi nō prosit, prout in filia fęmina, quę post delatam hæreditatem monacha effecta est, de qua supra in priore q. huius 3. partis.

Idemq. fatentur Bellem. nu. 19. vers. Secundo præmittere potes. & Io. ab Imola nu. 4. d. c. Quod clericis. quando statutum iniecit vinculum (vt eorum verbis vtar) ante clericatum: nec ab hac sententia tandem recessit Tiraquell. d. trac. De iu. primog. Q. 45. quando post statutum secundo genitus clericus effectus est, & sacris initiatus.

12 Quid autem in Ecclesiæ, & clericorum colonis, eorum q. bonorum conductoribus an respectu fructuum in ipsorum bonis recollectorum, & à solo separatorum modo aliquo grauari possint? Affirmatiua præualet sententia: quia clericorum priuilegium est personale, non reale ex Gloſ. in c. Tua. de ijs, quæ fiunt à maiori par. cap. & in c. non minus. vbi Card. & Ancha. de immun. Eccleſ. Bal. Auth. Sed & periculum. C. sine cen. vel rel. & conſ. 31. li. 1. Frider. Senenſ. 111. Ancha. c. quanquàm. de conſt. in 6. Sali. l. vniuersi. C. de vect. & commiss. respondendo contrarijs. Brun. trac. Quòd stantibus masculis. Q. 22. nu. 109. Barb. conſ.

28. li. 4. Parpal. l. placet. nu. 73. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Rip. resp. 2. c. 22. Natt. cons. 409. Burs. 25. nu. 3. Sum. Tabien. ver. Excommunicatio. casu 19. nu. 8. Iacob. de Bello visu repet. c. Romana. §. contrahentes. nu. 106. cum seqq. de fo. compet. Menoch. approbans cons. Frider. à Sen. cons. 136. nu. 24. & 25. Ant. Scappus li. 1. De reb. Eccles. c. 13. nu. 15.

13 Et eadem ratione dicendum videretur, clericorum personas, & boues ijs oneribus grauari posse, ad quæ clerici, & Ecclesiæ tenentur, putà ad pontium, & viarum instructionem: quod ex prędictis certissimum est: sed magis dubium videtur in alijs o-
14 neribus: & si id munus pro vtilitate publica indictum sit, & adeo leue, quòd clericorum, vel Ecclesiæ bonorum culturam nihil, vel leuiter impediat, idem videtur: quia, vt sæpę dictum est, clericorum priuilegium eorum personas non egreditur.

15 Sicut si boues, aliaq. animalia clericorum damnum dare reperiantur: quia pro damni emendatione retineri, & accusari possunt, prout laicorum, Luc. à Pen. in l. iubemus nullam. C. de nau. non excus. li. 10. cum simil. quæ congerit Excell. Iurec. Camill. Borellus in addit. ad Pet. Belluceam in Spec. Princ. tit. De occup. tempor. & ità etiam Placentiæ cum colonis Sancti Sixti seruatum scio. Quod & certius est, quando ad affictum, vt aiunt, locati sunt, de quo etiam inferius dicetur.

16 Idemq. est, si edictum fiat, quod publicam vtilitatem respiciat, putà propter aeris salubritatem, quæ etiam clericis prodest, & sine qua aquæ bonæ esse non possunt, teste Cardano li. 1. De tuenda sanit. c. 17. De aere. ex ijs, quæ docet Card. d. c. perpendimus. col. 13. Frider. Sen. cons. 3. & 85. vt in edicto à Gubernatore Mediolani, De non seminando orizzam. Aduersus Archiepiscopum respondit Hieron. Gabriel. cons. 37. li. 2.

17 Quod etiam fauet edicto, quòd lina propè ciuitatem, & Oppidum illum non madefiant, nempè vt etiam Ecclesiæ, & clericorum colonos, & lina comprehendat.

18 Quid autem in ementibus frumentum à clericis, & à territorio extrahentibus, an vectigal pendere teneantur: & eadem ratione, nempe quòd priuilegium est personale, & quòd post venditionem dominium in emptores translatum est, affirmatiuè respondendum videtur ex ijs, quæ docet Bal. in l. licitatio. §. fi. ff. de public. & vectig. Imol. Clem. fi. de cens. Brun. supra, q. 22. nu. 100.
19 Io. ab Amic. cons. 18. in fi. Quinimo, si clerici negotiationis gratia aliò exportari facerent, pariter vectigal soluere teneren-

tur

tur ex ijs, quæ dixi supra, & l. vniuersi. C. de vectig. Parp. d. l. placet. nu. 3. & post eum Alci. ver. Canonicam. C. de Sac. sanct. Eccles. Natt. cons. 139. Rol. 61. li. 4. Boer. decis. 213. in fi. Ant. Scap. li. 1. De pers. & reb. Eccles. c. 19. nu. 15. & 16. Quod sæpius aduersus etiam laicos immunitatem ex Duca-
20 li priuilegio prætendentes seruatum scio.
21 Contrarium tamen respondisse videtur Menoch. d. cons. 136. sed loquitur in ementibus à clericis, non in ementibus, & extrahentibus: ibi enim clerici vendiderant pistoribus, & actus erat connexus: secus in actibus separatis, vt in extractione: allegat Burs. cons. 25. & 42.

Item in specie sua fuerat prohibitum, ne quis emeret frumentum à clericis: quo casu non valuit prohibitio, vt aliàs dixi. Quòd si prohibitio esset simplex, & generalis, nulla clericorum mentionem faciens; non obstantibus ingeniosè scriptis à Menoch. ego etiam, atq; etiam subsisterem.

22 Sed quid in emphyteuta Ecclesiæ, an ad soluendas collectas à laicis cogi posit? Bar. in l. priuatæ. ex eo tex. C. de excus. mun. li. 10. negatiuam amplectitur: sed lex illa in prædijs imperialibus procedit: quæ, vt ibi dicitur, cum cęteris æstimari non conuenit, Ias. l. 1. nu. 31. C. de iu. emphyt. qui refert Bar. & And. Iser. sibiipsis contrarios: nec quorsum tendat, discerni potest.

Contrarium Bal. d. l. 1. nu. 4. sed loquitur simpliciter in emphyteuta, & non præcise etiam in emphyteuta Ecclesiæ. Sic etiam Alex. cons. 4. in fi. li. 5. Et pręsens, 35. li. 4. & clarius ad Bar. l. 1. C. de anno. & trib. li. 10. Iser. d. c. 1. vers. prælatis. tit. quæ sint reg. ver. Plaustrorum. col. 2. Luc. à Pen. l. 1. col. 2. vers. Vndè si res. C. de impon. luc. describ. li. 10. Marin. Caraman. in constit. reg. Regis Caroli, vers. Item statuimus. Ita tamen quòd ea summa deducatur, quæ singulis annis pro rebus emphyteuticis soluitur. Et cum hac distinct. vt quando pro pensione quid modicum soluitur, etiam Emphyteutæ Ecclesiarum grauari posint. Pleno cornu transit Brun. d. trac. Quòd stantibus mas. Q. 22. nu. 110. Soci. cons. 119. li. 1. Syluanus cons. 9. arguit hinc inde, ibiq. multa congerit: sed in specie sua canon erat commensurabilis fructibus, extabatq. consuetudo contraria. Sed cons. 57. distinctionem, de qua supra, libenter amplexus est: pro qua respondere Ancha. cons. 433. Barbat. 84. li. 3. Dec. 48. Purp. 332. Rol. 66. nu. 34. li. 2. Natta cons.

114.

114. Menoch. de arbit. casu 180. nu. 8. dicentes, ex hoc ecclesiasticam libertatem minimè lędi: & pro qua aduersus Abbatiam Sancti Laurentij in Campo in fauorem Castelli Leonis pluries scripsi.

23 An autem clericorum familia, si laica sit, clericalis fori beneficio fruatur, Glos. in c. clericum 1. 11. Q. 1. & in c. eos. 32. distinct. affirmatiuam sententiam amplectitur, vt in c. Ecclesiarum. 12. q. 2. quas sequitur Barbat. in addit. ad Abb. in c. 2. de fo. compet. Marian. c. 1. eo tit. Maran. in speculo, par. 4. distinct. 11. nu. 4. Summa Clauas. ver. Clericus. §. 14.

Sed in diuersam sententiam crebrius itum est quòad conductores, & famulos, qui pretio seruiunt, vel eos, qui Ecclesiæ oblati non sunt, Archi. d. c. clericum. Abb. d. c. 2. Frider. sæpe alleg. cons. 111. col. pen. Aufrer. de potest. secul. nu. 36. reg. 2. di-
24 cens esse speciale in familia Episcopi, vt fori ecclesiastici priuilegio potiatur. Et sic seruari aiunt Ant. à But. Feli. d. c. 2. post Archi. d. c. clericum. & d. c. Ecclesiarum. vbi etiam Aret. Clar. §. fi. q. 35. vers. Quartò no. quòd familiaris. & in grauiore specie Gram. cons. ciui. 102. Capic. decis. 12. Concil. Triden. 23. sessione, c. 6. & ita aduersus Vrbanum Vigerium Episcopum Senogalliens. maximè repugnantem, dum essem Auditor, & Locũtenens Reuerendissimi, & Illustrissimi Card. Vrbini, obtinui, & postea Placentiæ, dum ibi Gubernatoris munus gerebam. Vbi Baroncellus ciuitatis famulum executoris Episcopi, qui Cardinalis Neapolis nuncupabatur, cum vetito archibusio breuioris mensuræ carceribus mancipauerat: petebatur remissio tanquàm esset de Episcopi familia: quam ego denegaui ea ratione, quòd non esset de familia eius, sed Baroncelli, qui Episco-
25 po seruiebat: quandoquidem quis de familia dicitur, qui naturali coniunctione, vel ciuili iure subijcitur, l. pronunciatio, §. familiæ. vbi glos. in ver. aut natura. ff. de ver. sign. quæ ponit exemplum in familia Episcopi, vel Prælati: quod casui nostro simile non videtur, cum non esset conductus ad Episcopo, sed ab eius Baroncello: imò nec ab Episcopo cognitus. Ad idem allegabam tex. in d. l. 1. vers. Seruientium, idest seruorum. Dicit ibi glos. & licet etiam liberi, qui seruiunt, comprehendantur, & de familia publicanorum dici possint: tamen dicuntur de familia in eo ministerio tantùm d. Glos. in ver. Seruientiũ. vbi probatur, quòd famulus, qui extra illud ministeriũ deliquit; de publicanorũ familia dici non debet. Sic in specie nostra, cũ famulus ex mini-

ministerium, ad quod conductus fuerat, deliquerit; nedum de familia Episcopi non dicitur, sed nec Baroncelli, ferendo arma vetita, quæ etiam Baroncellus generalis aduersus generalia proclammata Serenissimi Ducis Placentiæ portare non audebat: & ita Reuerendissimo, & Illustrissimo Card. minime reclamanti seruatum fuit.

Intelligo tamen, quod de familia Episcopi dictum fuit, in ijs, qui personæ Episcopi, vel Ecclesiæ seruiunt; non autem in ijs familiaribus, & in eo seruitio, quod nihil spiritualitatis habeat: sicut in colonis, rusticis, & custodibus bestiarum clericorum: qui ciuili foro subijciuntur, c. accusatores. vbi Bellem. nu. 5. 3. q. 5. Aret. & etiam Gramm. supra.

26 Nuper in ciuitate Lucæ, vbi Præturã gerebat Camillus filius meus, quæstionis fuit, an ab ipso Prætore, ac Excellentissimo, & Illustrissimo Magistratu ecclesiastica libertas lęsa diceretur, quia Scribam Episcopalis curiæ laicum falsi condemnauerunt: quòd falsam de clericatu cuiusdam fidem fecerat: & ex prædictis negatiuè respondendum videtur, prout etiam Prætori visum fuit: nempè quia Notarius est laicus, non commensalis Episcopi, eius personæ, vel Ecclesiæ non seruiebat, & id, in quo deliquerat, etiã ab alio notario fieri poterat, & ita, vt audio, in consilio, seù congregatione Reuerendissimorum Cardinalium decretum fuit.

27 An autem concubina clerici de ipsius familia dicatur, ita vt à Iudice laico puniri non possit: pleriq. eam de familia crediderunt, l. 1. §. familiæ. ff. de public. & consequenter tanquàm de foro ecclesiastico contra eam inquiri non posse: quod & probasse videtur Steph. Aufrer. post multos, quos allegat, de potest. seculari. reg. 2. nu. 34.

Sed contrarium probant Ancha. cons. 176. Dec. Claud. Aquen. & Cagn. in l. cum quædam puel. ff. de iurisd. omn. iud. Boer. decis. 72. Zas. li. 2. respon. singul. c. 17. quia tex. in d. §. familiæ. de familia licita, non etiam de infami intelligendum est: nec de foro Ecclesiæ dici debet ea, quam Canones persequuntur, & puniunt: & hæc verior est sententia, quam ipse lubentissimè sequor, si tamen sit concubina notoria clerici, vel presbyteri iuxta distinct. Ancha. supra: quod tandem etiam Aufrer. de potest. secul. reg. 2. nu. 34. licet multos in contrarium adducat, fateri videtur.

28 Quid in fideiussore clerici, an coram Iudice laico cõueniri possit? & videretur negatiue respondendum, quia exceptiones, quæ prin-

principali competunt, etiam fideiussoribus competere solent, §. fi. Institut. de excep. Dec. cons. 21.

Sed in diuersam sententiam veritas, quando non sumus in exceptionibus realibus, vel mixtis: sed in merè personalibus, l. exceptiones. 2. vbi Castren. ff. de fideius. Glos. in l. exceptiones. C. eo. & Idem in fideiussore pro filios. vel minore, Glos. Porc. Ias. d. §. fi. & in specie proposita Vrsil. ad decis. Neapol. 206. Posset tamen clericus principalis, vti defensor necessarius, comparere, & allegare exceptiones, etiam competentes ex persona sua, vt ex Aret. Institut. de excep. circa fi. & Rocca Placentinus in praxi iudiciaria, li. 3. tit. de excep. quæ reo competit, an etiam fideiussori competat.

29 Quæstionis etiam plùries fuit, an fratres, & sorores, vt aiunt, tertij ordinis sint è foro Ecclesiæ; itaut non lędatur Ecclesiæ libertas, siquando Iudices laici eos in iudicium trahant, vel ad testimonium perhibendum, vel quia in profanis à laicis conueniantur: & pleriq. asseruerunt, priuilegijs monachalibus vim fieri, tanquàm talis viuendi modus à Nic. 4. approbatus fuerit, vt refert Io. ab Imol. in Clem. 1. de relig. dom. nu. 9. Vnde quotidie ipsorum fautores aduersus laicos Iudices insurgunt, & protestantur.

Sed contrarium verius, & æquius est: quia eiusmodi personę non sunt ecclesiasticæ, vel religiosæ, itaut Ecclesiæ immunitate frui possint, d. Clem. 1. Bal. l. placet. C. de Sa. san. Eccles. nec profitentur tria vota religioni substantialia, Archi. c. vnico. de vot. li. 6. Ange. cons. 218. Fatetur. Cor. cons. 205. licet contrarium responderit: quia tunc vigebat allegata Bulla Bonif. Vital. d. Clem. nu. 43. cum seqq. & prædictos non esse reli-

30 giosos, & laicorum statutis ligari, respondit Paris. cons. 40. nu. 13. li. 3. & nouissimè Mysinger. cons. centesimo. nu. 14. cum seqq.

Contrarium respondisse videtur post antiquiores Io. Bolognet. cons. 22. sed in ea specie præcedebat Tertiariorum votum perpetuæ castitatis, & obedientiæ in manibus superiorum: viuebant in paupertate, paucis bonis pro victu retentis, & certum viuendi modum seruabant: longè distant ab eo, quo Tertiarj nostri seculi vtuntur.

Nec quicquam repugnat concessio Nic. 4. quia illi, & similibus, si quæ sunt, à Pio 4. & Greg. 13. derogatum fuit. Ita vt siue in terminis iuris communis, seu Pontificij versemur, hæc senten tia verior,

verior, & crebrior videatur, & sic pluries seruaui, & seruari vidi.

51 Vltimo loco ea quæstio omittenda non videtur, an Iudex secularis ecclesiasticam libertatem impediat, ita vt excommunicari possit, si ab ecclesiastico Iudice requisitus ad exequendum, vel sibi dandum familiam (quod seculare brachium vocant) vt eius sententiam exequatur, parere recuset; quia sibi de processu nulla fiat fides: & excusandus videtur, c. perniciosam. vbi Innoc. But. Abb. Alci. nu. 24. in 7. not. de offi. ord. c. Non inuenitur. 23. Q. 4. si eam iniustam nouerit, non aliter, vel iuris ordine non seruato latam, Feli. c. cum sit. nu. 8. de foro compet. Afflict. decis. 220. nu. 9. Natt. cons. 529. Beret. cons. 4. nu. 7. etiam si brachium aduersus clericum petatur, vt in specie respondit Oldrad. cons. 89.

52 quia, eius conscientia repugnante, alterius sententiam exequi minimè debet, Aufrer. de potest. Eccles. nu. 20. sed potius rescribere: & si de causa sibi non liqueat, aliquam causæ cognitionem degustare, & inde ad executionem deuenire, Anchar. cons. 342. Rol. 37. li. 1. nu. 7. Beret. supra. nu. 15. Quod si Iudex ecclesiasticus ministros tantùm petat, vt ipsemet exequi possit: tunc Iudex laicus, cui de iniustitia aliter non constat, ministros tradere non recusabit, vt ex ijs, quæ scribunt Alci. Beret. & alij supra, deprenditur. Sicut etiam exequi non detrectabit in causa hæreseos, quæ est merè Iudicis ecclesiastici; & cui ab ipso Iudice executio demandatur, vt scribunt Bondi Saluus de hæret. Q. 19. nu. 6. Bos. de foro compet. nu. 161. & tit. de denunc. nu. 11. & Sot. de iust. & iu. li. 5. q. 4. art. 2. Quod & ipse pluries seruaui Romæ, dum criminalium Locũtenentis munus gerebam, sanctæ Inquisitionis officio sic, & eo, quo solet modo, mandante.

In ijs tamen omnibus, quæ in hoc libello continentur; contestatum volo, me non aliud sensisse, quàm quod sacri canones, concilia, & sacrosancta mater Ecclesia credit, & tenet: cuius correctioni, & iudicio post tot opinionum symplegadas, in quibus errare facile est; me, & omnia scripta mea humiliter subijcio. Ad laudem Dei Opt. Max. &c.

FINIS.

Ios. Ferrerius, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Colossen. & Coadiutor Vrbinàs.

Octauiani Vulpelli Iurisconsulti à Sancto Angelo in Vado Tractatum, De Libertate ecclesiastica, videndum à reuisoribus, à nobis deputatis, curauimus: qui, cum nihil in eo alienum à fide, sed cuncta bonis moribus consentanea inuenerint; vt formis excudatur, licentiam concessimus. Datum Vrbini ex Palatio Archiepiscopali die 23. Iunij. 1594.

Ludouicus Agnellinus Cancellarius.

INDEX

RERVM, QVAE IN HOC LIBELLO CONTINENTVR.



VULPELLI